



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

IX. Alia quæ sequuntur eiusdem tractatus, eodem modo refutantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](#)

DIALOGUS IX.

De opinione Probabili.

In quo alia quæ sequuntur ejusdem tractatus eodem modo refutantur.

1. ANTIM. **H**oc ipsis temporis momento, de te cogitabam, Pithanophile, & cupiebam ex te rescribere utrum hoc unico congressu, provinciam istam a nobis suscepimus terminari & absolviri posse putemus; ego sanè, vix crediderim; maxima enim rerum Sylva restat & grandis messis terenda; modum tamen ubertati materia ponemus; cum ea duntaxat a nobis discutienda sint, quæ nostris imponit; cum exteri defensione nostra minimè indigent. Præterim cum lis non desint, qui hoc munere probè defungi valeant.

2. PITHANOPH. Prævertisti; idem enim sentio; spero tamen, fore ut hoc & altero congressu totam rem istam perficiamus; faxit Deus: & ut dicere incipiamus, num. 253. proponit quæstionem illam, ut vocat, principalem, in quam vix primum adspectum conjecti, cum à cœpto consilio nobis abstinentium esse duxi, sic enim quæstionem, ut vides, proponit, cum in aliqua controversia morali due sunt opiniones oppositæ, quarum una probabilis & minus tutæ; quia affirmat actum esse licitum, & ideo subest peccati periculum; opposita verò probabilior & tutior, an liberum sit, hac relicit, illam amplecti; nullam in hoc controversiam agnoscimus; quia fatemur ultiro, liberum non esse, illam amplecti, quæ peccati periculō subest; cessat igitur omnis difficultas, & nullus restat disputandi locus.

3. ANTIM. Ita est; partes in hoc convenienter; aliquos enim nihil moror, qui judicio practico probabili contenti cum dubia, seu formidolosa conscientia, ac proinde cum proximo peccati periculo rectam operationem stare posse, dixerunt; istos, inquam, nihil moror, quoru[m] lententiam periculosa esse, credimus; sed si pauci sunt, & majori saltē ex parte Gregorii; ab ha[bi]ta nota doctissimos viros Sanchez & Vasquez in secundo congressu solliciter vindicavimus; quod si recte memini, tibi gratissimum accidit, dolebas enim, duos illos à nostris partibus non stare; itaque, ut jam s[ecundu]m numero diximus, judicium illud practicum certum esse volumus, & conscientiam tutam, ac proinde ab omni peccati periculo immunem & liberam; quare hæc quæstio in hunc modum proponitur, utrum in remorali, ex duabus opinionibus verè probabilibus, liceat minus probabilem & minus tutam sequi ad praxim; & si forte intra istos fines Illustrissimus continuisset se, sustinere utique potuissimus; cum illa opinio saltē sit probabiliter probabilis; nimis per locum extrinsecum. Hacigitur denunciatione præmissa, & num. 254. ad num. 256. illam sententiam proponit, per quam illius auctores afferunt, lictum esse, minus probabilem & minus tutam sequi; & fatetur ultiro, Lorca & Ludovico à Cruce citatis,

Q communem

communem esse, ut omnium fere Scholasticorum hujus temporis; ego vero dicere non dubitarem; omnium fere Theologorum, tum antiquorum, tum etiam recentiorum, nimirum juxta illum modum explicatam, quem in superioribus congressibus expoluimus: cum enim conscientiam certam nostri omnes postulent, ac proinde certam etiam probabilitatem, inde sequitur, illud minus tutam non avertat, sed comparativè, intelligendum esse, ac proinde illam, quæ minus tutu dicitur, esse vere tutam; immo æquè tutam formaliter, exponit deinde rationes quibus nostram sententiam defendimus, sed adeo debiles, ut vel inde satis constet, impossum illi fuisse, ea rationum momenta reticita & suppressa, ex quibus satis facile intelligere potuisse, quia longè absumus ab iis absurditatum & blasphemiarum monstris, que nobis paucim, nec sine strachio, exprobret, primò enim vult, dici nobis, sufficere pro regulam orum, proxima scilicet, ut homo licet agat, quod sibi probabiliter appetere honestum; cum tamen pro illa regula certum judicium practicum de honestate operationis statuamus. Secundò moralē certitudinem non differe à probabilitate, etiam minore, quia certudo nihil est aliud, nisi determinatio ad unum; sed per assensum opinativum, intellectus ad unum determinatur; quis unquam talia repugnat interminis, assensum opinativum certum dicit; quidem certitudo est determinatio intellectus ad unum; sed figura & omnis formidinis expers. Tertio in moralibus, sufficere certitudinem ex probabilitibus; non ita crudeliter, sed illud tantum certum judicium practicum de usu opinionis vere certò probabilis habeti posse, quarò in speculativis licet quempiam sequi posse minus probabilem, igitur & in moralibus; sed hanc consequentiam absque multa limitatione non admittimus. Quintò esse quidem perfectius, sequi probabilitorem, sed nemo tenetur ad perfectius & tutius, modò illud, quod sequitur; sit tutum, non abominium, sed negare Adversarii, tutum esse. Sexto fore jugum intolerabile, si in omni materia teneremur opiniones probabiliores indagare; sed hoc etiam negant Adversarii. Septimò agere cum formidine, recte conscientia non adversari; sed nos, qui conscientia judicium certum esse volumus, hoc argumento alter utimur, in hunc scilicet modum; tota ratio Adversariorum ad hoc principium reducitur, quod scilicet formido inesse non possit iudicio conscientiae; sed hoc contra minus probabilis ulum nihil facit; alioquin æquè faceret contra usum probabilius; quod enim pauci illi ex Adversariis dicunt, probabilitatem certam moraliter esse, tanquam absurdum & repugnans supra explosimus: deinde iudicio practico de usu minus probabilitate nulla formido inest; unde corruvit præcipua illa Adversariorum machinatio tandem num. 256. asserit, minimè licere, minus probabilem & minus tutam sequi; quam assertionem dicit evinci ex 26. argumentis, seu fundamentis, ut vocat, quæ fūsē recensuit à num. 59. ad num. 109. item exis, quæ habet à num. 123. ad n. 252. si enim sequi non licet æquè probabilem & minus tutam, potiori jure, sequi non licet minus probabilem & minus tutam; sed quia hæc jam supra discussimus & excusimus, frustra omnino jam actum ageremus: quare his omisis, nova fundamenta concutienda sunt ab Illustrissimo in hanc rem jacta, eaque longè plura cum ea ad 42. perduxerit, quamquam eadem, more suo, centras repetit.

4. PITHANOPH. Hujus rei fidem facit primum

fundamentum, quod habet num. 257. ab Aristotle peritum ex lib. 2. de anima. text. 133. quem adduxerat num. 140. 139. 129. & alibi; ubi docet Philosophus, opinari in nobis non esse; neceste est enim, aut verum, aut falsum dicere; unde infert Illustrissimus intellectum cogi ad probabilitatem à motivis gravioribus; sicuti statere lantè majore pondere deprimitur. Nunquam Philosophus hanc consequentiam deduxit; quia fallissima est, nec dixit unquam, intellectum cogi, seu rapido ab objecto non evidenter proposito; sed illud unum duntaxat, opinionem ab imaginatione in eu persistim, distinguere, quod imaginari, sit, cum ille, & quodlibet, & res omnes fingere, facilius opinari, nempe opinari, est afficer, aut negare hoc, vel illud, ut verum, aut falsum; quod sine motivo fieri non potest: unde liberum non est opinari; hoc tamen non facit, ut intellectus, proposito, sibi objecto, circa evidentiam, ab eo determinetur ad assensum, aut seipsum determinare valat; sed tantum à voluntate; supposito tamen objecto; motiva autem voluntatis varia sunt, & motivis intellectus distincta, ut jam alia dictum est, unde stante utraque parte probabili, licet altera sit probabilior, voluntas ex aliis motivis, determinare potest intellectum ad minus probabilem, propositum etiam motivum intellectum movens, sed non determinans; nec inde sequitur, intellectus habere libertatem, sed subicilibero voluntatis imperio, nec ad singendum, vel quodlibet opinandum, à voluntate determinari posse; quia quo ad hoc, requiritur semper, ut motivum adsit ad assensum sufficiens, seu grave, seu leve; si enim nullum adsit, intellectus opinari non potest; si leve, ad opinandum determinari potest, sed imprudenter; prudenter tamen, si vere accerbo grave; ex his, hoc primum fundamentum corrut.

5. ANTIM. Hæc sane, ut dicam quod res est, et paragraphis, glossematis, & rubricis definienda non sunt, sed ex puris principiis Theologicis & Philosophicis, ex quibus, actionum humanam rationem, causam, vis & tota analysi statuantur: quod non est adeo facile, & quibuslibet obvium, ut quispiam sibi persuaderet: Hominis intellectus, ut & oculus, alia quidem multa cognoscit, & videt, quamvis seipsum ignoret, quem non nullus per actus reflexos, ut vocant, attingere potest. Itaque hoc fundamentum ruinosum est; alterum vero simile huic; vult enim, ne probabile quidem judicium practicum, quod auctus sit licet, ab eo formari posse, qui sequitur partem minus probabilem; cum motiva pro illico, fortior sint, & rapiant intellectum: Eodem virtu laboret haec ratiocinatio, ut patet; immo, ut sepe dicimus, judicium illud practicum de usu minus probabilem certum esse volumus, nec probabile nobis esse videtur: quod autem certum esse querit, sicut sepius oftensum est; si enim certum est, illa opinionem probabilem, certum est, assensum est, prudentem, electionem licitam, usum honestum. Tertium fundamentum eodem recedit; purum enim, stante utraque parte probabili, intellectum violenter flecti in eam partem, pro qua stant validiora motivata; & si hæc sint aequalia, uni adhaerere non posse, nisi alteri adhaereat; fieri autem non potest, utramque simili veram probabilitatem iudicari; hoc ultimum verissimum est; sed falsum illud, non posse intellectum à voluntate determinatum uni parti adhaerere.

minori adhuc etiam quod cum ratione, cum experientia manifeste adversari falsissimum item, intellectum venientes ab ea parte resipi, pro qua sunt validiora momenta tam supera ostendunt est, itaque opinatur intellectus endicat veram probabilitatem illam partem, quam est minor probabilis, ex imperio feliciter voluntatis, ut per omnia honestam certò judicat: sicut non cogitur arisperam esse, it, judicare illam partem veram est, quia melius in surationibus facilest: nec tantum in judicando, illam opinionem esse probabilem, sed etiam in aliis probabilitate, sive veram, id est, circa certitudinem quidem probabilitate, illud verò certò, ne proprieates duas contradicitur, sive simul esse, sive non, sive per eundem aetum, sive per diuos qui sunt evoluti: nec denum inde sequitur, liberum non habere opinari in hoc Aristotelii, vel Doctori Antim. praecepto, sed iuris causa verba in eis sensu accipiuntur & explicantur, in quo cum veritate & ratione contentantur.

PITHANOPH. Debilia proposito fundamento quodcumque facilius concordantur & excutuntur. Quoniam enim quod habes nam 259, ejusdem conuersatione velut in illustrissimis contra dictamen tuorum illarum agit, qui opinionem minus probabilem sequunturque, nihil est aliud dictamen rationis, quia inchoatio potentia rationabilis ad affectionem, & tunc Dux intellectus: qui autem sequuntur nihil probabilem, non sequitur rationis inchoatio nisi vero dat positi opini probabilem, quia ratione probabile, id est, motivo gravi & ratio natae mitat: sed hie quoque in errorem inducunt alios, eo quod existimet, à gravioribus modis partis opposita, probabilitas feliciter, intellectum violenter impicit, & cogit ab intelligibili obscuro proposito pro vocatur Doct. Ang. in 1. sent. dist. 4. & Antot. 3. de anima text. 3. apud quos non de hoc punto, ne verbulum quidem invenio: At hinc fidei minimum est autem, quam advertere ne ipsum afficeret. Illustrissimus, cum intra duas, ut pagina, vigeat, si latenter illud repetat, cogit, tunc etiam cum a parte probabili, trahi violenter determinari, necessarii, inclinari, &c. cum tamen tunc in topiandum ab objecto evidenter proposi tio natae ab eo, quod obscurè proponitur, debet. illud est, illum contra dictamen rationis agere, utrumque opinionem minus probabilem; cum reuelatum praetulerit certam, id est, dictamen ratione probabile, quo certò judicatur, ultum dictum honestum esse: Quineum fundamento tradit nam 260. & 261. majoris roboris, non rite enim Adversarius, illum, qui opinionem minus probabilem sequitur, habere conscientiam, quod ille scilicet: sed fallitur nec enim, stansque parte probabile, quamvis altera probabilitas non tam judicamus, auctoriam, nisi forte per eum, judicare possumus, oppositus usum illicitum remaneat, & judicati: sed potius judicanus utrumque partem honestum & licitum esse: licet enim placet, licet & honestum esse, omittere, non tam temen properte a judicio, eundem ponere, & illud; in quo Adversarius luculentiter hallucinatur, neque probat enim, id est certò judicari licitum honestum, in patre unde quatuor illi gradus, quos ex dicto illustrissime recenser, nihil obsunt: cum is, sive quae opinionem verè probabilem, omnem duobus excludat: multò minus credit, peccatum esse, ac agi cum conscientia, probabili de oppo situm quod peccatum insit, ut per manifestum eum dicit adversarius, provenientem ex eo, quod

judicium speculativum à practico, opinionem ipsam ab ejusdem uia & electione, rationem vetri à ratione liciti minime distinguat.

ANTIM. Sed, inquit, n. 262. is qui minus probabilem sequitur, non adhibet moralē diligentiam ad cognoscendum, in peccatum insit: sicut peccatum & hoc est sextum fundamentum.

PITHANOPH. Quis amabò majorem diligentiam in eo desideret, qui certus est, peccatum non inesse; quis autem judicat certò, usum opinionis minus probabilis honestum esse, certus est peccatum non inesse; ad hanc autem veritatem practicam certò cognoscendam, adhibenda est diligentia: & si quis eam nactus non fuerit, licet agere non potest; erit forte major difficultas, in veritate ipsius opinionis indaganda.

ANTIM. Sante utraque opinione verè probabili, & cognita, tidiculum dictu est, majorem diligentiam ad cognoscendam certò veritatem utrūque, adhibendam esse: repugnat enim, veritatem, quae ratione est probabile, certam esse: & frustra quæpiam diligentia adhibetur ad certitudinem illam inveniendam, quæ inventi non potest, falsum est etiam, quod subiecti illustr. probabiliorē parrem magis veram videri, cum enim veritas in individuo positā sit, una pars non est verior alia: nec etiam probabilior accedit proprius ad veram, cum falsa esse queat, & minus probabile, vera falsum autem ad verum minimè accedit, à quo infinitè distat: dicere debuerat illustris, unam partem esse probabiliorē: quia scilicet gravioribus mortuis in initio, quod ultiro admittimus, unde qui sequitur probabiliorē, prudentius agit, ne jam alias dixi: quod tamen non facit, ut is, qui minus probabilem sequitur imprudenter agat, sed tantum minus prudenter, prudentia enim suscipit magis & minus, ut ajunt.

PITHANOPH. Statuit pro 7. fundamento, in quilibet alio gravinegorio, in quo agitur de proprio cuiusque commode, nullum lequi minus probabilem partem, unde concludit, potissimum, in re propria salutis, & in qua de offensa Dei agitur, nullum lequi debere opinionem minus probabilem, in questione scilicet, morali, alioquin peccati periculo sece committit, ac proinde culpæ imputatur. Falsum antecedens, & falsa consequentia illam quidem, quia tæpe accidit, at in bello, negotiatione, alioquin hujusmodi negotiis, prudenter quis minus probabilem partem amplectatur, quia v.g. facilitor, expeditior, commodior, &c. haec verò quia licet in iis actionibus, quæ ad aliquod opus faciendum tendunt: v.g. in administratione Sacramentorum, applicatione remedii, decisione causæ, committenda pugna, negotiatione instituenda, alioquin hujusmodi via probabilior tenenda sit, non tamen inde sequetur, tenendam esse in pura actione morali: quia stante utraque parte verè probabili tutus est, ac certo honestus illius usus: igitur non agitur de offensa: abest omne peccati periculum, nec ulli quamcumque tandem partem teneat, culpa imputatur. Redictamen, instar opportunitate musæ, non ferat injectus scrupulus: demus enim, utramque partem verè probabilem de talis pacto, quod probabile sit, esse illicarium, probabile item, non esse illicarium: utrumque partem honestum & licitum esse: licet enim placet, licet & honestum esse, omittere, non tam temen properte a judicio, eundem ponere, & illud; in quo Adversarius luculentiter hallucinatur, neque probat enim, id est certò judicari licitum honestum, in patre unde quatuor illi gradus, quos ex dicto illustrissime recenser, nihil obsunt: cum is, sive quae opinionem verè probabilem, omnem duobus excludat: multò minus credit, peccatum esse, ac agi cum conscientia, probabili de oppositum quod peccatum insit, ut per manifestum eum dicit adversarius, provenientem ex eo, quod

ANTIM. Ex hac quidem, pactum est usurarium, sequitur hæc, ergo est illicitum: sed nego antecep-

dens: & recte quidem: quia in eo dicitur absolute, quod sit verè ac certò usurarium: ex illa verò, probabile est; esse usurarium, non lequitur hæc, ergo probabile est, esse illicitum: si enim probabile est, illicitum esse, certum est, illicitum esse: ut jam alias diximus: quia si formides, an licitum sit, quod agis, certe peccas.

13. PITHANOPH. Ut ex certo sequitur certum, ita ex probabilitate sequitur probabile: igitur si probabile est, esse usurarium, probabile est esse illicitum: nempe ex usurario sequitur illicitum: igitur eo modo illicitum, quo usurarium, nimur ex usurario certo, certum illicitum, ex usurario probabili, illicitum probabile.

14. ANTIM. Ex probabili tantum sequitur probabile tantum, sed nunquam certum, ut pater; sed quidquid probabilitate illicitum est, certo est illicitum: dicitur: igitur ex usurario tantum certo sequitur: unde cum consequentia dicat necessariam connexionem antecedentis cum consequente, vi cuius, unum ex alio sequitur, & cum inter illicitum certum & usurarium probabile nulla sit connexio, quæ tamen est, inter illicitum probabile, & illicitum certum, male infertur ex usurario probabili, illicitum probabile, ac proinde illicitum certum: unde, ut jam monui illas: ex hac certa, probabile est esse usurarium, sequitur hæc, igitur honestum est ab eo absinere; ut ex hac certa, probabile est non esse usurarium, sequitur hæc, igitur honestum est, illo uero, vel illud in te: immo si tuum illud valeret ratiocinium, sequi non licet probabilitatem minus tutam: stante utraque parte verè probabile; ponamus enim partem illam, quæ pacum adstruit usurarium, esse minus probabilem: ita semper argumentari licet: probabile est, esse usurarium, licet minus probabile: probabile igitur, esse illicitum, ac verè quidem, minus licet probabile: unde nunquam formido abesset, si peccatum insit: hoc forte Baro in eam ridiculam sententiam ivit, quod non licet sequi probabilitatem minus tutam: sed cum ea hæc, ex illo paralogismo profluxerunt: unde video, levioris operæ rem illam non esse, quæ non modo utriusque Theologiz, immo & Philosophiz, verum etiam Logiz non mediocrem, noritiam postulat: & miror, aliquos fusse, qui cum subtilliorez illas disciplinas à primo limine vir salutant, sibi tamen jus & potestatem arrogant controversiam istam definiendi, non nimur est igitur, si tot paralogismis illam potius miserè fecerint, quam recte, ut per erat, definiuerint.

15. PITHANOPH. Data opera & ex industria, denuo argumentum illud opposui: quia cum in errorem multos, incautos, scilicet, induxit, opere presumum esse putavi, sive ac sapientius illud dissolvit: sed ad num. 263. venio, in quo jaceat octavum fundamentum, ex eo petitum, quod sequentiū eveniat, ut opinio minus probabilis sit falsa, & probabilior, vera: sed in materia mortali: verum, vel falso, sufficienter ostenditur ex iis, quæ plerumque eveniunt, ut recte, Philosoph, 1 Eth. cap. 1. non, ut dicit: igitur qui sequitur opinionem minus probabilem, sequitur id, quod ostenditur esse falsum: male concludit auctor, à secundum quid: ut ait, ad simpliciter, illud enim verum, vel falso, quod ostenditur, non est certò falsum: aut verum, at grossa modo, & figuratim, ut ibi Philosophus, id est, probabilitate, verisimilitate, unde minus probabilis est minus probabilitate vera: hoc ultra fatetur: ex quo tamen non lequitur, inde ostendit, esse absolute falsum: immo nec plerumque evenit, immo nunquam evenit, absolute falsum

esse; & parum appositè in hanc rem texus Philosophi adducitur, in quo vult tantum, ea in scientia moralis statuenda esse, ut vera, quæ ut plurimum eveniunt, v.g. cum ut plurimum eveniat, ut Patens diligenter liberos, illud tanquam verita in hac disciplina affinitur; sed quid quæsto hæc, ad utramque partem veri probabilem actionis ciuiuspiam moralis: cum nunquam accidat, alteram absoluere faltum, aut veram esse, sed tantum probabilitate vera, aut falsa dici possit, vel quæ utraque, vel una magis, altera minus; quæ dicta esse velim, iisdem motivis statibus, si enim, quod Ecclæsia decretum accedit, probabile deinceps esse. Sed idem, quo ad hoc, de probabilitate dicendum est, quæ cum falsa esse possit, etiam ab Ecclæsia damnatio tipotest.

16. ANTIM. Ludit illustrissimus num. 264. ut statuit novum fundamentum, atque, questionem, tam periculose determinari, in qua de peccato mortaliter queritur, nisi veritas expressa habeatur: sed consilium opinionem minus probabilem, non habere veritatem expressam, ergo questionem periculose terminat, & consequenter mortaliter peccat; & de ex D. Thom. quodlib. 9. art. 15. hic locus nobis potius favet, quia S. Doctor questionem illam, ante, habere plures probendas, ibidem determinat argumentum contra, & in corp. nimur in debitis circumscriptionibus, hoc licitum esse: sed inquires, habuit expeditam veritatem, an fortè certam, in nimis gentium; quæ probabilem tantum, ex gravibus scilicet & rationabilibus motivis: igitur quisquis habet expeditam veritatem, probabilem nimis, & rationabilibus motivis, sciatam, periculose non terminat: sed consilium, aut sequitur verè ac certo probabilem opinionem, licet minus probabilem, habet expeditam veritatem probabilem: nisi enim hæc sufficiat, cendum est. S. Doctorum periculose determinata, quod absit, ut aliquis dicat: quisque ergo lequitur opinionem verè quidem, sed minus probabilem, non committit se discriminatius, vel periculo peccandi, cum certus sit, ab in illius opinionis peccatum absit.

17. PITHANOPH. Scimus a quo 10. fundatum accepti in 4. d. 17. q. unic. non loquuntur de opinione utrumque probabile & tuta, sed de Sacramentorum Confessionis præcepto divinam quicquid divinam gratiam amittit, tenetur eam recuperare: & cum post eam recuperare vel per Sacramentum, vel per confessionem, via tamen Sacramenti certior, & facilitior, tenetur, hæc via illam recuperare: ita Scotus, nunc saltem, inquit sub finem ad minus inde habeo, quæ rationaliter sufficit datum præceptum generaliter a confessione satienda: sed quis hoc negat, quando agitur, vel de peccati periculo proximo fugiendo, vel de amissâ gratia recuperanda: quis neget, inquirendum certum, & dimittendum incertum: sed in tuto sumus, stante utraque parte verè probabile, & proinde stante iudicio practico certo, de honesto utriusque. Deinde Scotus, ibid. certiori viam illam esse docet, quæ facilitor est: quia cum facilior confessione, quam contrito, perfecta scilicet, quam ramen attitudinem vocat, inde concludit, effaciorem, cum sit magis in potestate homini: angustus opinionis minus probabilis facilitor est: quis hoc negat: ergo vel in de Scota nostra sententia famitor autem ab illustrissimo dicit, esse viam facilitiorem, sequi opinionem magis probabilem, quam minus probabilem, refraganti scilicet torto genere hominum: si enim hæc doctrina de probabilitate retineatur, innumeræ propemodum actiones

homine omittende sunt, quia scilicet eas omitti, tam est, tunc inquam materialiter, ut diximus, unum partem probabilem opposita tutoirem esse. Unde deinde ad homines in maximis vita angustias co-
ducuntur; hanc tamen viam faciliorem Illustrissi-
mus appellat & inventitur in pleroque Theologos,
quod Christianae vite officia plus aequo laxarint, ar-
dam illam celi viam dilatarint, ac demum quod in
genitum humani commodi plura indulserint contra
leges & conscientiam hoc uno dumtaxat nomine,
permisus ab his opinionis minus probabilis: sed bo-
gationem, qui de notoriis ac per se notis dispergo &
folem lucidum esse, demonstro.

18. ASTIM. Tria sequentia fundamenta sunt eius-
dem conditionis, unde cum tale est, stante utra-
que parte aequo probabili, tenemur sequi tutoirem;
ego multo magis, stante altera minus probabili, il-
lud antecedens pms supra reiectum est, & statera
fimbuldo explicata; expolum etiam ut falsum, in-
tellectum a parte probabiliore rapit, trahi, determini-
nabit autem ibi contradicit manifeste, nam ex
eo quod hanc utraque parte aequo probabili, vacil-
lant, fluctuant, & indeterminatus, inquit, intellectus
necessario maneat, quod tamen falsum esse, ostendimus, concludit, plus restare vacillationis, fluctua-
tions, & indeeterminationis, stante altera minus
probabili, ut intellectus a probabiliore rapitur
& determinatur, non vacillat ultra, neque flu-
ctuat. Denique non opinatur intellectus minus pro-
babiliter quam illicitum esse, sed judicat certò, esse
licet. Duodecimum ex eo Scripturæ loco deduci-
ci, quam periculum, peribit in eo: Faretur ul-
tio quid ad nos, qui extra periculi, proximi,
sunt, aleam verfanum, dum opinionem cer-
titudinem, & verè, minus tamen probabilem, ad
sum & praxim redimus? cum per iudicium pra-
diciorum constet, utrum illum honestum esse,
dubiam peccati periculio immunem; neque locum
illum Theologitant, contra nostram sententiam,
de contra illam, que ad rectè operandum, iudicium
peccatum probabile tantum adstruit; si enim dubi-
tum, ne formidinem, ne peccatum insit, in eo casu,
cum periculum video, & amo, ac proinde pec-
cat in nostra sententia, nihil tale, quæ & cer-
ta sunt taxat probabilitatem admittit, & nullum
peccatum praetextum ad honestè operandum, satis-
citat, nisi certum sit. Quod autem probabi-
litas alteram veram esse, nimisrum probabilio-
ritate prouide minus probabile sit, minus proba-
biliter etiam esse, cum tamen fieri possit, ut hæc sit
de illa falsa, ut patet ex terminis, cum adsit
notum sufficiens ad præbendum huic assensum,
non video, cur voluntas intellectum ad dictum af-
ficiat, determinare non possit ex singularibus scili-
cito honestis motivis, qua ad voluntatem, non
ad intellectum pertinent; sed falli possum, inquires,
dum affectus minus probabili; ita est, sed falli
stam possum, dum probabiliiori assertor; unde
nunquam periculum est, ne fallar; neque in hoc fal-
li, peccaram est; seu vertitur culpa; aliquoquin pec-
catum in eo, quod vitare, non possumus; sed in-
quo, magis periculum est, ne fallar, dum minus
probabili adhucero; magis est re ipsa, nego; quia
falli possum, adhuciendo magis probabili; magis
ne reuersus, seu magis appetit, concedo; unde
probabilis & melius factum iri, fateor, si probabi-
litas partem amplectar; sed qualege ad perfec-
tum obligor, ad prudentius, ad tuus; modò re-
veni toro & prudenter agam. Sed hæc quæso, to-

ties inculcata, mitramus. Denique 13. fundamentum
num. 265. petit ex hoc text. lib. 3. Reg. c. 12. Responsum
Rex populo dura, derelicto consilio seniorum, & locu-
tus est eis, secundum consilium Iuvenum; Unde, in-
quit, Illustriss. opinionem minùs probabilem sequi
non licet, sed quis unquam consilium illud Adole-
scientum, qui cum Roboam nutriti fuerant, verè ac
certò probabile, id est, gravibus & rationabilibus
motivis, seu rationem momentis firmatum censeat?
stultum potius, & stolidum consilium fuit; ac proin-
de imprudentissimum, ut rectè observant Interpreti-
tes in hunc locum, ac præfertim Cornelius nostrar, qui
multa ex sacris & prophaniis auctoribus, in hanc rem
congerit; unde ut ex hoc loco Illustriss. legitimum
diceret argumentum, ita ratiocinari debuerat, Ro-
boam egit impudentissime, dum stultum & stolidum
Juvenum consilium amplexus est, relicto prudente
ac certò Seniorum consilio, ergo pariter impruden-
ter agit & peccat, qui relicta certa sententia, partem
oppositam minime probabilem sequitur, sed jam lu-
mus extra casum. Fateor etiam, Seniorum consilium
& iudicium, Iuvenum consilio, ut plurimum
saltem, anteponendum esse; quia illi rerum experien-
tia valent ac proinde prudentia; dixi ut plurimum
saltem, quia non nunquam fecus accidit, & inter-
dum delirant senes, & Adolescentis Danielis iudi-
cium, duorum sénium, quos dierum malorum inver-
teratos sacer textus appellat, iudicio nemo certè
non anteponat. Præterea, quid quæso ad reminisci-
tam, senes inter & iuniores comparatio? quasi
verò senes & sapientes à nostris partibus non stent,
& opinionem, minus licet probabilem, modo certò
& verè sit probabilis, utam quo ad usum non repu-
tent; sed pudet, in his hære.

19. PITHANOPH. Aristotelem ad decimum quar-
tum fundamentum iterum ac tertio reducit; nimi-
rum 2. de anima, text. 152. ubi habet, rectè ab intellectu
res percipi prudentia, scientia, atque opinione ve-
ra, sed quid inde? de qua enim opinione Philo-
sophus loquitur? de vera inquit? an certò vera,
an probabilitate tantum non primum, alioquin jam
opinio non esset, sed scientia; secundum igitur;
id est, de opinione verè probabili, seu vera probabi-
liter, qua scilicet intellectus, de rebus obscuris atque
incertis prudenter & rectè judicat, non rectè vero,
per iudicia iis opposita, puta opinionis improbabili;
ira proflus omnes interpretes in hunc locum: Præ-
fertim D. Thom. est enim opinio, inquit, ad urrum-
que, vel ad unum cum formidine alterius; denique,
fieri potest; ut minus probabilis sit vera, & probabi-
lier, falsa; nec est, quod dicat Illustrissimus, minus
probabile plerumque falsam esse; nam unde hoc
habet? Vel unam proferre debuerat, quæ reverè cer-
tò probabilis sit, de cuius falsitate constet: lumen
intellectus, inquit, nihil est aliud, quam manife-
statio veritatis; rectè, sed quantum res qualibet
patiens est; igitur veritatis aut certæ, aut probabili,
& malè citat S. Thom. 1.2. quest. 67. art. 1. Ubi ne
verbū quidem de hoc habet. 13. fundamentum du-
citur ex cap. in canonice, distinct. 19. seu ex S. August.
lib. 2. de doctrin. Christian. cap. 8. Ubi ait, in ca-
nonice scripturis, eas esse admittendas, quæ à pluri-
bus & gravioribus Ecclesiis admittuntur; ac præ-
fertim à Sede Apostolica; ergo, inquit, idem de
opinionibus; nulla sanè consequentia; quia vel
scripturæ sunt canonica, vel non canonice, si
primum, tenentur omnes illas admittere, ut pa-
tet, ut autem sint canonica, pro talibus ab Ec-
clesia declaranda sunt, & proponenda; si vero

secundum, nulla legem ad illas teneat, ut patet, deinde quid quod hic Augustinus; optima sane tradit praecepta sacrarum Scripturarum studiosis; inter quae illud est, ut in admittendis scripturis canoniceis graviorum & plurium Ecclesiarum Catholicarum auctoritate potius, quam alia ratione ducantur: quod certe praecepimus, seu documentum rationabile nemo non censet; unde idem facile de probabilitate parte senserim, & faciliter auctor omnibus essem, ut semper illam sequantur, ut & consilia Evangelica, & quidquid perfectius a Christo & Apostolis nobis suggestum sed quod teneantur, & gravi noxa fesse inquiet, si minus quidem, certe tamen & vere probabile amplectantur, absit, ut hoo onus imponam, quod Deus nobis non impoavit; satis enim est, bene, prudenter & tutore agere, nec ad melius, prudentius & tutius materialiter adstringimus; accedit, quod inter scripturas, & opiniones morales latissimum discrimen est, ut dixi; cum utraque pars tua sit opinio scilicet magis & minus probabilis, secus tamen in scripturis, ut patet.

20. ANTIM. Decimum sextum fundamentum duxit ex auctore operis imperfecti, in Matth. cap. 23, homil. 44. si vestimenta empturus, inquit, gyras unum negotiatorem & alterum, & ubi meliores vestes inveneris, & preio vilori, ab illo comparas, quonodo non oportet populum circumire omnes doctores & inquirere ubi sincera veritas Christi venundatur, & ubi corrupta; & omnium confessiones cognoscere, & veriorem eligere, plus quam vestimentum: omisit Illustrissimus & omnium confessiones cognoscere, illud enim, veriorem eligere, ad confessionem referunt; nimurum fidei; nempe hic agitur de veritate, id est, de vero sensu, Scriptura, ut patet ex versu proxime antecedente, sed quid quae hoc ad opinionem probabilem? sed, inquit, veriorem partem debemus eligere, id est, verum Scripturam sensum; veritas enim magis & minus non suscipit, ut rursum diximus, itaque in rebus fidei, certam veritatem habere debemus, eamque ab Ecclesia accipere, non a privatis, non a damnatis Doctribus; in moralibus vero, quae ad fidem non pertinent, cum variis & contrariis opinionibus subiiciantur, probabilem dumtaxat veritatem, speculativam felicit, gravibus tamen & rationabilibus motivis fultam obtinere possumus, quia semel posita, iudicium practicum certum de honesto, electa opinionis auctoribus: ex hoc autem loco Illustrissimus Modernos auctores frustra & perperam redarguit, eo quod dicant, cuique licet varios auctores consulere, de moralibus; cum potius ex hoc eodem loco contrarium consequatur, si enim pro veritate certa scriptura, omnes Doctores circuite debemus, cur non pro veritate certo ac vere probabili, in moralibus idem non licet? non tamen facile annuerim, nisi Doctores tantum orthodoxi, prius, periti consulantur, nullum certe in parte, seu factio opposita esse video, cui centeni & milleni nostrarum partium non sint merito anteponendi: sed cavendum est a quibusdam impostoribus sanctitatibus, ut idem auctor sapienter monet, initio statim hujus homilia, qui circa mulieres facile lente constringunt, viduas praestimunt, quae & facile decipiuntur, & de facultatibus suis, Magistris suis multa largiuntur, cum nullius potestati subjecta sint: quod hoc spectent, nemo non videt: sed demus, aliquem cogitare de ineundo aliquo pacto, modo juste fieri posit: consulti Doctores, puta Suarez, Sanchez Vafq. Valent. Less. Tolent. Lugo, aut certe Malder. Gamatchi. Ilambert. du Vallum,

Bonac. Navarr. aut si vis, Corneium, Salon. Aragon. Zerol. Bailium, &c. a quibus accipiat, partem affirmantem esse vere ac certe probabilem, licet opposita sit probabilior, at citra certitudinem, ad haec porro in iste idem consenserit, ut teneatur sequi probabilem omnemque communem consensum respondent, eum non teneti, probet tamen & prudentius facturum, si eam sequatur, tum hic ad alios convertit se, puta Philalet. Merend. Mercor. Fagnan. Baron. Sinich. &c. qui omnes fulminante ore respondentium teneri; qui faciet miser in hujusmodi angustiis nullus profectus est deliberandi locus, si vel tamquam apud se reputari, obscurum istorum manipulum, a clarissima illorum legione, ut numero, ita auctoritate, doctrina, pietate, perititia multius sane parangis superari, & negari non posse, longe probabilem esse illorum sententiam, ac proinde, etiam jure patitorum istorum principia, opposite praferenda & iuxta mentem Angust. supra laudati, & ipsius ut illustrissimi verba, nimurum illam pariter saltem preferri posse, quam plures & gravioris Auctores sequuntur; quod autem plures & gravioris doceant, ad probabilem partem nos non teniri, dum constat oppositam vere ac certe probabilem esse, notiorum est, & fatentur ultra adversari, sed his diutius quam par sit hunc.

21. PITHANOPH. 17. fundamentum ex Tullio, de senect. petitum omitendum esse videtur; cum nec ad rem faciat, nec ex placitis Tullii hac controveria definita sit.

22. ANTIM. Quid faceres, nullum lapidem non movere, & ex omni ligno sagittas, ita proflus, tenet pagina, Proculi sententiam pravaevisse refutat, cum eam Homeris versibus confirmasset.

23. PITHANOPH. Ibi autem Tullius afferit, magna felicitatis esse, veras opiniones in senectute faciem abssequi: quid est hoc, veras opiniones? nihil certe, nisi vere probabiles, seu veras probabilitates; repugnat enim, opiniones certe veras esse, aut die quasi vero, certe probabiles non sunt verae probabilitates, seu vero probabiles, nec est, quod dicat, plenumque falsas esse; cum ne unum quidem appellare possit vere ac certe probabilem, quam certe falsam esse confitit; sed ita proflus de re ista Adversarii, ac si eam minime intelligenter.

24. ANTIM. 18. fundamentum ex Doctore Angelico summis, num. 269. & 270. nimurum ex quodlib. 3. art. 10. ubi docet, in iis, que ad fidem & mores pertinent, nullum excusari, si sequatur opinione errorneam alienum Magistrum; quia in dubiis, non est faciliter auctandus assensus item ex quodlib. 8. art. 13. ubi docet in contrariis opinionibus, nullum excusari a peccato, si in aliquam dubitationem adducatur. Sed non agitur hoc loco de opinione errorneam, qui sit contra manifestum scriptura testimonium, sive contra id, quod publice tenetur secundum Ecclesie auctoritatem, sunt ipsissima S. Doctoris verba, sed de opinione vere ac certe probabili, nec in hujusmodi dubiis debet quis facile assensum praebere, sed debet consili regula fidei, quan quisque percepit de scripturarum plurius locis, & Ecclesie auctoritate, in iis, que ad fidem, itemque in iis, que ad mores, vel in scriptura continetur, vel ab Ecclesie declarata fuerint, in aliis vero, que certe non constant ex gravi tantum & rationabili motivo assensus praebindus est: sed quid quoque hac ad nos qui errorneas opiniones Novatorum reiiciamus; nec ab iis, qui errant in fide, & mandatis Ecclesie obstat, parere recusant, Theologian nostram moralem restau-

relinqui posse, clamamus; ut ut sit, hic Docto-
ra legi articulus in eos mirificè quadrat; quod
verguntur ad quoddam. jam alibi non semel dif-
ficiunt, & manifestè oftensum, S. Doctorem
nobis minime favere, qui dictum articulum ita con-
cluit, *ut ex contrario opinionibus in nullam dubita-
tum adducatur, & sic non peccat.* Ne autem in do-
cendo S. Doctoris inventus repugnatus, quod
sit, nescio cogitemus: distinguenda est duplex du-
bitum, seu formido, peculiariter scilicet, & practi-
ca specie dubitativam non quam S. Doctor exclusit, cum
eum de opinionibus oppositis loquatur, nulla op-
pinio potest ab aliisque dubitatione, seu formido
in eum opinio est, certa non est, quamvis pro-
babili, aut eum probabili sit; practicam autem
excludit conscientia, quam in hoc articulo decies
intra paces verius appellat, id est, à judicio practi-
co quod ad recte agendum, certum esse debet: item
legem certam, seu certo veritate dubia distingue-
demos; quod autem lex certa esset, ne quis plures
habet præbendas, ex eodem S. Doctore supra lau-
dato habemus; sed dubium erat inter Doctores, an
in contrario abrogata esset; loquitur ergo S. Do-
ctor de lege certa: His positis, nihil habet S. Do-
ctor, quod nostra sententia non faveat, qua &
omne dubitacionem à judicio pratico excludit,
dixerit legem certam, non obstante abrogatione
dubia, per non illum obligare. Nec si an severius Do-
ctor Angelicus rem istam definierit, imponit autem
Illustrissimus Doctor Angelico, quasi dicat, nullum
anpeti posse unam partem in contrarietate opini-
onis, nisi opposita omnino improbabili illi vi-
deatur, nuncquam hoc dixit S. Doctor, qui tantum
bonum desiderat, ut omnis dubitatio practica
arrederet, ut conscientia certa sit; sed profi-
ciat in dubitatu dilimulant, hæc à se intelligi, nec
convenire aliqui ex severioribus Scholasticis, qui
hanc functionem mihi virtuo vertant; ut quid diffi-
ciles Bullæ: ut quid Theologus cum eo con-
cipitur, quem suum quidem Canonistam,
utrum Theologum quipiam dixerit; hac scio;
Gellius Pauli responsum mihi quoque usi licet, de-
bet esse sumum fuisse.

¶ PITHANOPH. 19. fundamentum ex eo petit,
quod Concil. Vienense, Clement. unic. de sum.
Videlicet, eligendam esse opinionem probabili-
orē de gratia & virtutibus, quæ in Baptismo in-
funduntur, quæ vero in controversia fidei, Eccle-
siæ probabilem partem definire non possit; sed po-
siit definitione Ecclesiæ, jam definit esse opinio, &
protoplasta ei ratione evadit, vel heretica; quid
enonciale ad presentem controversiam? sed hoc
non definit poterat Sixtus; quis hoc neget; ut ad
definitionem proximè accessit, ponamus definiti-
onem, ut area non definitio; parrem igitur minus
probabilem elegit, ac definiti; idem quo ad con-
suetudinem de auxiliis, dictum esto: Ecclesia agitur
bonis humanis in suis definitionibus parum
suum, sed antiquo uero, Patrum dictis, & com-
mentariis, qui ad cap. Capellanus, deferis in quo
Cœns VIII. aut Cœlestinus, declarat posteriorum
sententiam, nimisimum de nuptiis celebrandis, me-

lioni & subtilli ratione niti, quod scilicet tum fa-
cias Canonibus, tum conuentudini Romana Eccle-
siae consentiret; ac proinde, ut recte monerit glossa
servandam esse, sed quid haec ad controversiam no-
stram? quid etiam illa sententia Proculi? quid quæ-
so haec ad opinionem vere ac certò probabilem? pro-
ducere debuerat Illusterrimus aliquem texum, vel
aliquem SS. Patrum locum, aut S. Thomæ, vel alterius
cuiuspiam Doctoris antequam, in quo disertè opini-
o vere ac certò, licet minus probabilis, in contra-
riete opinionum moralium damnetur, explodatur,
& ad uitium, seu præmixta reduci prohibetur; hoc
præstat debuerat, ut causam suam firmaret, sed re-
verè non præstet, quia præstare non potuit; imò
palam denunciare non dubito, Merendis omnibus,
Mercuris & Baronibus, eosque quavis sponsoione
provoco ad idem præstatandum; refuta scilicet iniusti-
li locorum farragine, qua suos codices, fruita licet,
cumularunt.

26. ANT. M. Refert deinde, num. 271. statuitque,
pro 20. fundamento, varias loquendi formulas suo-
rum Doctorum, Jurisperitorum scilicet, à quibus
aperte negatur, si quando unam partem sequantur,
oppositam probabilem censerit; sed potius illam
reprobent ut improbabilem; & licet, inquit num.
273, sepe affirmant aliquid esse probabilem, non ta-
men propterea sentiunt oppositum esse probable;
quod probat ex Clement. unic. de sum. Trinit. ubi pro-
babilius eligitur, unde opposita rejecta censetur. Ab
hoc ultimo incipio, ac dico, ante definitionem Ec-
clesiæ, probabiliorem dumtaxat fuisse, ac proinde
oppositam minus probabilem, quamvis non vere,
neque certò probabilem, cum & SS. Patres, & Mo-
derni Theologi refragarentur; & vero quod Illus-
trissimus observare debuerat, post definitionem Ec-
clesiæ, non iam probabilius, sed omnino certa pri-
ma illa sententia dicenda est, quod autem suis Juris-
peritis affingit, damnari scilicet ab iis, ut improba-
bles sententias tuis oppositas, quas ipsi defendunt, con-
futatione non indiget; nempe in ea præsertim mate-
ria, acceperim fervent disputationes, & vix duos in-
venias ejusdem planè tenus: agunt certè inter se pau-
lò acerbis, quā nostris Theologi, qui scilicet in aliis
impugnandis, modum servant humanorem, nec ita
barbarè, ut si loquar, Christianos adversarios im-
perunt; quod tamen omnes Adversiorum senten-
tias, quas ipsi non tenent, refutant ut improbables,
puta Hostiensis, vel Guido Papa, Innocentius IV. Di-
nus, & Hostiensis, Guidonis; Joan. Andreas, Dini,
Joan. Andr. vel Calderini ejus filii adoptivi, Alber-
icus, Alberici, Baldus, Baldi, Anchiaranus, vel Anto-
ninus de Burio, utriusque, Zabarella, Joannes de
Imola, Archidiaconus, illorum omnium Panormitanus,
Turrecremata, Alexander; istorum etiam Feli-
x, Covarruvias, Navarrus, &c. dici reverè non po-
tent, absque nota, gravissimis illis scriptoribus inuita;
imò vix Barbofani, seu Thomam Sanchez, seu quem-
libet alium ex iis recentioribus, qui allegationibus
paginas implent aperias, nisi pro sententiis oppositis
densi auctorum cuncii, in oculos statim incurvant; ac
proinde circa declarationem Ecclesiæ, utramque
partem probabilem esse, constat: quod autem se
legisse non meminerit, relinqui nobis à Patribus li-
bertatem eligendi opinionem, quam maluerimus;
quia nuncquam etiam legit, eripi ab iis dictam liber-
tatem, quando scilicet utramque partem vere ac
certò probabilem esse conitatur; imò & eam conce-
di, ex citatis alibi Leonis magni verbis, Epist. 92.
ad Rusticum, nimisimum in iis quæ dubia fuerint, vel

obscura, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis Evangelicis, non dicit consilii, contrarium, nec decretis SS. Patrum inventur aduersum. Evidem in foro externo, & in practicis quæ aliena jura respiciunt, nefas est iudicii infirmorem opinionem sectari; ut recte Soto, lib. 3. q. 6. art. 5. post Abbat. qui docet, in externo quidem & contentioso foro, sequendam esse opinionem illam, que meliori & subtiliori ratione nititur; lecus vero in foro conscientiae, & ad effectum non peccandi, ut recte Navarr. in manual. cap. 27. num. 288. & prudenter observat P. Dechamps, cap. 2. questionis: porro male citat Augustinum, lib. 7. cap. 35. de unico Baptismo, quia hoc opusculum uno tantum libro, & 18. capitibus comprehenditur; voluit dicere de Baptismo contra Donatistas, lib. 7. c. 53. n. 35. cum enim quereret, utrum approbandus esset Baptismus datum & acceptus; umbras & joculariter, ubi nulla esset societas, vel Ecclesia ita creditum: in eo casu, inquit, divinum judicium per aliquius revelationis oraculum, concordia oratione & impensis supplici devotione genitibus implorandum esse censem; ut sane, ut post me diuersos sententias, ne quid jam exploratum & cognitum afficerent, humiliter expectarem; quid quo hæc ad praesentem controversiam? cur locum Illustrissimum diliter non citavit? cur casum, de quo agebatur, dissimulavit & reticuit ex industria?

27. PITHANOPH. Ex dictis etiam corrunt duo sequentia fundamenta, 21. scilicet, & 22. quæ jacit à num. 275. ad num. 281. vult enim communem sententiam relinquendam esse, quando contraria probabilius est; ergo, inquit, potiori jure minus probabilem; sed 1. in hoc casu communis est etiam minus probabilis; quandoquidem opposita probabilius est. 2. hoc tantum locum habet in foro contentioso, ut disertè Hostiensis, & Joannes Andreas observant, citati ab Illustrissimo, num. 276. 3. ad hoc iidem docent, necessarium esse, ut communis notorie male dicat, vel convincitur, fallitatis scilicet. Omittit historiam illam Paphnutio ex Socrate, lib. 1. cap. 11. excerptam, seu verius à Socrate homine Novatiano, ac proinde cœlibatus hoste, Concilio Nicano, &c. Paphnutio afflcam, quam profecto levius & circa necessarium examen Gratianus retulit, c. Nicana 31. dist. illam enim ita explosit Eminensissimus Peroni, observat. 3. replicæ, seu confutationis, cap. 20. & quinque argumenti demonst. sis manifestæ falsitatis convicti, ut mera fabula censenda sit; & pro tali habendam, invulnenter ostendunt Baron, ann. Christi 58. & 325. à num. 149. Bellarm. lib. 1. de Clerie. cap. 20. Binius tom. 2. Concil. not. in 3. can. Nic. Francise. Turrian. not. in 4. can. &c. Unde ab Illustrissimulo expectandum potius fuisset, ut notam illam à duobus Historicis hereticis celebrerrimo Concilio inustam abstergeret, potius quam confirmaret, præstantissimorum & doctissimorum hominum exemplo, Bellarmino, Baronii, Peroni, &c. Decretum vero illud Theodosii quo sanctificatur potior numerus vincata auctorum in diversis sententiis, & in æquali numero ea pars cui adhæret Papinius; regula est Judicibus præscripta quo ad forum externum ut notorium est, unde fundamentum illud 22. futile restat.

28. ANTIM. Ejusdem farinæ est 23. quod prosequitur à num. 281. ad 285. quo scilicet probatio plenior absorbet oppositam minus plenam, igitur & probabilius minus probabilem, quid est hoc, absorbet? id est, superat, vincit, gravioribus motivis nititur, ac proinde in foro contentioso Judices eam sequi devent, idque ex officio; at vero in foro conscientiae

non obligat, ut sèpè diximus; cum enim pars minus probabilis etiam tutta sit, ad tunc materialiter non tenetur ex præcepto, sed invitatur ex consilio. Quod autem addit ex Anchore. Doctores numero plures prævalere paucioribus; non semper è verum, nec enim numero, sed auctoritate & rationum momento res censentur; sed demus ista esse, non negabit haud dubiè Illustrissimus, longè plures auctores, eosque graviores à nostris partibus habentes, nempe ipsæ tres, aut quartu ad sumnum, nullus ferè nominis, pro sua sententia laudat; nos vero centenos & millenos appellare possumus pro nostra sententia, quod potiora rationum momenta sibi arrogat, quæ certè quam levia & futile sint, vix dici, cut certè potest, cum tamen nos demonstrativa proferamus.

29. PITHANOPH. 24. fundamentum dedit, num. 235. ex consuetudine Civitatum, Regnum, imò & Tribunalium; qua fit, ut suffragiorum numero res definiuntur, electiones peraguntur, reliqua omnia statuantur; ergo, inquit, opinione minus probabilem sequi non licet; anomalam profecto consequentiam; illa quippe certa lege, vel conventione sunt, cum alite vix fieri queant; utnam semper bene, cum lèpe accidat, ut & minus digni elegantur, & minus iulta ferantur sententiae; at quæ leges ad probabiliorem reneantur? dum constat, oppositam verè ac certò probabilem esse. Miror illustrissimum hoc probandum suscepisse, nullum tamen Cionem, aut SS. Patrum locum, aut Scripturam, aut decretum Ecclesiæ ab eo prolatum fuisse, quo disertè cautum sit, ut in consilio opinionem probabilem amplecti quisque tenetur? multa quidem congesit, sed aliena, ex quibus nihil concluditur; quale illud est, quod 25. fundamentum loco ab eo adducitur, num. 286. petitum scilicet et decretis Capitulariorum generalium, seu constitutum Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant & redemptions Captivorum: nam 1. iis decretis, hoc unum dumtaxat statuitur, ut Superiorum disciplinarum professores, opiniones probabilius doceant atque defendant; quodjam forè circa nondecreto facere tenebantur. 2. cum religiosissimis, non præceptis modò, verùm etiam consilio Evangelicis adstringantur, quid mirum, si propriis constitutionibus ad perfectius, melius, & virtutis materialiter adstringi queant. 3. nego tamen, illam esse constitutionem, vel ullum decretum dictorum Ordinum quo statuantur, ut opinio verè quidem ac certò, minus tamen probabilis damnetur ut periculosa, perniciosa, & ut improbabili reprobetur; inde contendit, nullum à Capitulis generalibus hujusmodi decretum condit potuisse, aut posse; quod autem in hoc Illustrissimum Merendæ majorem fidem habendam esse, quam vel Dianæ, vel Paschalique peritissimis constitutionum statutum hominibus affermare profecto non possum, cum Merenda extranea sit, imò quo ad istam controversiam, plusquam suspectus; & multi mirantur, auctorem illum, alioquin damnatum, ab Illustrissimo toties citari aequaliter laudari.

30. ANTIM. Minus tamen ferendum est, quod num. 287. 26. fundamentum in Synodalibus instructionibus Illustrissimi Episcopi Vinciensis Antonii Godeau statuerit, in quibus usus minus probabilis opinionis damnetur. Sed 1. hujusmodi Synodales instructiones sunt absque die & consule, ac promide vel hoc nomine suspectæ. is quidem est Illustrissimus

misericordia, cuiusdam enim ingenium & cultam
verius stili elegantiam profa & versu excolamus,
quod sicut ad superiores disciplinas pertinet &
probatum eruditum est, quod Perronio,
Mallo, Abulensi, & multis aliis eisdem ordinis
ceteris singulariter illius opinio legem, aut ca-
nonem Ecclesiasticum non facit, 3. cum Illustris-
tissimo Fagiano literarum constitutio, seu com-
pacto conjunctus est: sciens loquar, & illius
literarum D. Fagianum non vidi modo hisce oculis,
eum minus habui, que non semel: ex quo pro-
tulit illius suffragium in hac causa nullius prorsus ro-
borat. 4. denique in dictis instructionibus nonnulli
legamus, quz fieri non possunt, v.g. quod ad pec-
cata venia, hoc tempore, recta intentio sit facis:
quod ambo, pueri, iuveni, superflua delicia, à salute
domini non arca: quod cœlum tantummodo
debet ingratiis hominibus & proceribus: quod ma-
jori ex parte dico: et animatum ad commodum
presentium propriam existimationem, hominum
judicium reficiat, non verò ad Deigloriam, regu-
lum Evangelii Sanctorum exempla, proximi deti-
nitionis quod domini aperta hac via, vix ullam a-
dicionem privam recipiat, quz licita non sit: hæc sane
injuria & conumela in Ecclesiam hujus tem-
poris, aperte speciosa errorum monstra dudum ferat &
colerit: idem prius Hæretici, Calvinus, Petrus
Mehan aliquip Novatores Ecclesie hujus tempo-
rii probantur, ut pullum Episcopus usq[ue] in
hunc conjugat: taceo ultra aliquot abusus esse
immorali & facta, & magnatibus, tum laicis, tum
eius Ecclesiasticis: nonnullos Palpones plus justo
enigia sed huic seculo singulare non est, quod om-
nius nec seculi viget, ac praesertim ante Tridenti-
num, quod tam in Gallia receptum non fuit, quod
cum reperitur littera ad Episcopos Gallie, superbe
dicunt illas, quz Episcopalem dignitatem dictum
ordinificari, quam tamen incredibiliter ausit
augustinus. Ut ut illustrissimus Episcopus nullo
modo lenoniam nostram de opinioni veri quidem
admittimus tamen probabilis uia ita perstringere
quod semper in negra, intacta & non probabilis
modo, et diximus, verum etiam moraliter certa
penitentia.

33. PITHANOPH. Addo unum, quod apud Wendorckium legi, not. 1. in 5. epist. sect. 1. §. 1. nimirum
geminam actionum humanarum normam à dictis
Parochis, hoc duplice dogmate Catholicum restitu-
tam fuisse, quorum primum est, opinionem probabi-
lem falsam in jure naturali à peccato non liberare: alte-
ratur vero in conflictu opinionum probabilium, tuiorem
& probabiliorem partem eligendam. Erroneum porto
dictu est, primum illud dogma Catholicum esse, cum
potius dogma erroneum sit, cum enim laboremus
ignorantia invincibilis certæ veritatis, aut falsitatis,
in probabilibus; erroneum dictu est, ignorantiam
invincibilem à peccato non liberare, errorem istum
in auctore multi castigarunt; quod autem illa signo-
rancia invincibilis, negari non potest, cum adhibita
quavis diligentia, certa veritas in his habet nequeat;
quod vero ad secundum pertinet, dogma Catholicum
temere dicitur, cum sit mera opinio, eaque vix pro-
babilis, ut suo loco abunde ostensum est; sed queso
pergamus.

34. ANTIM. Sicutem statuit 28. fundamentum,
num. 290. & 292. imprudenter agit, qui pro regula
suarum operationum uitum iudicio probabile: nos
certo utimur, nimirum iudicio pratico; nec un-
quam speculatorum illud tantum probabile regulam
esse dimisimus; sed pergit, sequiturque opinionem,
quam solam putat esse probabilem, non reflectens ad
motiva partis opposita: negamus itatui posse unam
partem verè ac certò probabilem, nisi motiva partis
opposita ponderentur: & fecunda futilia illa funda-
menta, quz nihil penitus probant, allegantur. Agit
autem imprudentius, qui ex duabus aquæ probabili-
bus sequitur minus tutam: hoc etiam supra rejectura
est, quia semper tam sequitur, modò utraque
pars verè accedit probabilem sit: sic autem conclu-
dit, ergo agit imprudentissime, qui minus probabilem
& minus tutam: nego consequentiam: nam pru-
denter agit, minus prudenter licet; nullus autem ad
perfectius, ad prudentius tenetur: quod minus pro-
babile habeat speciem mali, in concusatu probabilioris,
ut ait, falsissimum reputa: & hoc est, petere prin-
cipium confundit malum illustriss., cum minore bono:
falsum est etiam, probabilitatem esse magis veram:
imò & magis appareat certò veram: repugnat enim,
certò veram esse, quandiu est tantum probabilitas
vera: unde ut probabilius reputatur probabilius ve-
ra, quamvis falsam esse posse, certò constet, ita mi-
nus probabile minus probabilius vera conetur
quod autem ad probabilem, perfectius, prudentius
teneamus, nunquam hucunque Adversarii proba-
runt, nec probabunt in posterum. Locum illum Au-
gustini, lib. 1. de Baptismo, cap. 3. graviter peccare
in rebus ad salutem pertinentibus, vel eo sole, quod
certa incertis preponeret: hunc locum dumtaxat
urgent, In hanc tem Adversarii apud Wendor-
ckium

Dialogus Nonus,

ekium, nos. i. in epif. 5; set. 4. §. 1. unde minor illustris-
fimo suggestum fuisse. sed quid ad rem? nam judici-
um pecuniatum utrinque partis, utrumque incer-
tum, neutrum certum: practicum utrumque certum
est: neque hic agitur de praferenda parte certa impro-
babilitate que incertæ, sed de praferenda magis pro-
babili, minus probabili: nec igitur hoc loco de pericu-
lo, quod per judicium practicum certum omnino
aretur: hinc adductæ ab eo similitudines putei, flu-
minis, duelli, aliaque periculorum exempla in hanc
controversiam non quadrant, ut rerum istarum peritii
nobis cum facilè judicabuntur: unde nec imprudens,
nec temerarius, nec fatuus censendus est, qui nobiscum
tentit: parcus ista viris sapientissimis, doctissimis &
piissimis, reponere possem cum sacerdotiis eis, quæ
sequuntur allegationes S. Thom. Seot. Sylvestri cap.
significasti 2. &c. petitio de Homicidio, tortis appellatae &
supra reje. Et quidquam probant, ut torties ad naufragium
fere ostentum est.

PITHANOPH. 29. deducit num. 292. ex mul-
tis absurdis, que ex nostra doctrina sequuntur, ut ait,
& illius autores inter se differunt, quorum aliqui
limitationes adiunxerunt, ut gravia illa absurdaria fu-
gerent: alii vero libertate illa deglutiunt, quasi abur-
da non essent. Nostri autores aliqui certe omnes,
sed de nostris porosissimum loquor, quo ad substantiam
hujus controversiae omnes convenient: 1. judi-
cium practicum certum desiderant, 2. veram, cer-
tam & indubitatam probabilitatem: 3. hinc opinio-
nes probabiliter tantum probabiles in usu & praxi
non admittunt: 4. probabilem opinionem ab impro-
babili probe discernunt: idem porro dicimus omnes,
quamvis in modo loquendi nonnulli ab aliis disre-
pare videantur: cum tamen Adversarii in varias &
contrarias partes eant, ut labiis difficultatibus
expediant, quas alioquin fagere non possent. Wendi-
drokius, Parochi, aliqui federati volunt, illam
dumtaxat opinionem probabilem licitam esse, quæ
vera est: sed neura certò vera est & ultra vera sit,
scire non valeo: unde quoadhuc, ignorantia in-
vincibiliter laboramus: nihil refert: si fallam leque-
ris, erras, peccas, etiam in eo, quod vitari non po-
test: in parum, putum, &c. Comitus, Philaletrus,
Cajetanus, docent, probabiliter tenendam esse:
sed hæc & quæ falsa esse potest, ac minus probabilis:
deinde, si major probabilitas certa firmat, judicium
practicum certum, quid si etiam minor, dum quæ
certa sit, denique, minus probabilem interdum tutior
est: cur ergo eam sequi non licet? Merenda & Vin-
centius Baro eò venerunt, ne dixerint, tutiorem sem-
per tenendam esse, siue magis, siue minus probabilis
sit, sed cum gravius, & ab omni ratione alienum esse
videretur, probabiliter illicitam esse, si quando min-
us probabilis tutior sit, Illustrissimus Fagnano, pre-
ente Mercoro, quos deinde Augustinus de Angelis,
Marinatus, &c. sequuntur: Illustrissimus inquam,
alegata omni probabilitate, partem probabilem
certam esse volunt, ac proinde omnem difficultatem,
quæ præmissæ tenetiar patiuntur, penitus cessare:
sed pace illius dixerim, crescit ex eo difficultas, non
cessat: quia repugnat, probabiliter dumtaxat par-
tem certam esse, vi sepe ac expiis supra dictum fuit.
Ex quo latius videtur est, utris partis defensores
magis inter se dissentiant: octo ad summum inter illos
autores quatuor diversas sententias docent, atque de-
pendunt.

ANTIM. 29. fundamentum deducit ex primo
absurdo, quod est de Medico, à num. 293. ad num. 298.
quia, inquit, licet Medico, minus probabile mo-

dicamentum agro porrigitur; negant tamen omne
fei nostri, Suar. Vsq. Sanch. Granado, Salas, L. 1. 2.
Fillius. Reginald. Beccan. Gordon. Bressler. Bufenber.
& alii, quos fideliiter & accuratè citat P. Decham.
in quæst. cap. 8. idque sive ratione proprii officii, &
charitatis erga proximum, sive pauci taciti agri
inter & Medicum intercedentis, sive illorum in
omnium conjugationem, quod probabilitas reparatur
male citat Azot. Illustrissimus, tom. 1. lib. 2. cap. p.
quæst. 11. quod doceat, porrigit posse à Medico re-
dicamentum minus probabile: nihil rite ibi Azot
qui potius differet ibi tradit contrarium: nimis
manifestum esse jare, non posse Medicum remedium
agro porrigitur, quando dubitas, an sit ei proba-
rum, an nocitum: unde quando sub hisem quæ
stionis doceat, ubi sunt contraire Medicorum opinio-
nes, licet Medico juxta aliorum sententiam, sive
probabilior & tutior, sive nectior, nec proba-
lier, ac proinde, quæ probabilis & quæ in
(nec enim dicit minus probabile, nec minima-
ram) agrotum curate, ita intelligi debet expro-
dentiis, ut nullo modo dubitet, an medicamentum
profuturum sit, an nocitum: perpera item
Salas Illustrissimus, 1. 2. quæst. 21. trit. 8. diffi-
set. 19. à num. 156. nihil profutus habet Sal. di-
set. 15. de Medico: nec in toto illa se. adhuc
num. 156. sed tolos num. 137. Salas igitur. sed. 14.
ubi de verbo ad vel buco retulit, num. 134. sententia
P. Vasquez, num. 135. quatuor assertioneb; hinc
principia est, licet Medico, adhibere medicamentum
probabile, quando certius non suppetit, & alioqui
certum est, agnum oulio adhibito medicamentum
moriturum: secunda est, non licere Medico proba-
bile remedium adhibere, quando certum suppetit,
nec etiam quando dubium est, an sit nocitum, &
profuturum, est, quando & quale, aut certe & quale
est periculum mortis, sive adhibetur, sive non adhi-
beatur medicamentum, adhibere non licet, &
quando longe probabile est, agnum adhibito
dicamento evalutum, quia non adhibito moriturum,
licet adhibere: tum demum, numero 136. se-
dit juxta hæc, nimis juxta has conclusiones,
debere illa judicari, quæ habet Azot supra citata
qua ad finem uite se. & conditionis de verbo ad verbum
more suo excribit: unde manifestè liquet, impo-
nuo huic auctor, & apertam affingi caluniam ab Il-
lustrissimo Fagnano, quod utrum fieri possit, nullu-
sanæ probabilitas docuerit. Ceterum, ut iam alii
monui, Adversarii minime distinguunt probabile
dicamentum à probabili opinione: & tota rea
reducenda est, in quo nostri omnes convenient, non
esse opinionem veræ ac certè probabile medicamen-
tum, quod scilicet constat esse minus probabile
medicamentum, quoiescumque vel certum, vel probabile lo-
pet.

PITHANOPH. Sed instat Illustrissimus, si
charitatis amore erga proximum, tenetur Medicus si
probabilitas medicamentum, cur non ex amore veri
& recti tenetur ad probabilem partem? &
Medicus corporum tenetur ad probabilem, cur non
pariter Medicus animalium, ne scilicet poteret
minus probabilis & minus tutæ opinionis perire
consilio, animam occidat, & hæc plausum fibilliter.

ANTIM. Quam sint hæc via, vix dici possit:
præceptum charitatis obligat, diligere proximum
tuum, non tamen amor veritatis, quid si enim ad
omnem veritatem homines adstringentur: va-
nus.

nobis, & illusissimum alioquin doctissimo, quia
mutatis Philosophicis, Theologicis, Mathematicis,
divinis & humanis literis hanc dubit ignorat; dein
debet veritas in probabilitibus haberi nequit, ad
eum quoniam non obligamus; alioquin ad impossibile
tenetur quod blasphemum est Calvinistarum
convenit ad veritatem falsoem probabilem, in
quo, sed minus probabilis etiam vera est probabi-
litas, caro ergo ad probabilius, perfectius me adstrin-
get denique non est opinio vera ac certò probabi-
lis, quod medicamentum minus probabile adhiberi
potest, dum probabilis supponit, cum tamen sit opinio
non probabilior modo, sed moraliter certa, quod
opinione verè ac certò, minus licet, probabilem
sit, siquidem polliamus, amor recti obligat, inquires,
omnes rectum non obligat, nimur rectius & per-
fectius, si nos certò constare, operationes
nostræ rectas & honestas esse, uti constat per judi-
cium patrum certum.

33. PITHANOPH. 30. fundatum sumit. Illu-
stissimus ex 3. absurdo, quod est de Justice, idque à
num. 29. 30. 31. 32. quia, inquit, licet Judici se-
cundum minus probabilem judicare; hoc ipsum
ad polliens, ut Lugo, de iust. disp. 37. sect. 10. num. 116.
ut præ aliquo ex supradictis, citat Azor; cum

autem illusissimus inicias ire non possit, impugnat
nō, quibus nostri hanc doctrinam firmare co-
noscamus, quamquam meo iudicio valde fructu: primò
magis tenetur enique reddere ius suum, secun-
dum mentis causam, quia Rep. constituit illum ju-
diciū hoc onere. 3. quia alioquin est acce-
ptationarum iure ipso prohibita: agnoscit Illu-
stissimus istas rationes esse veras, vult tamen aque
mentis contra illam, qui opinionem minus proba-
bilis sequitur in moralibus: 1. quidem, quia offendit
Dei plurimis extimanda est, quam laesio juris
nimis; sed fallitur, quia nulla esse potest offendit
Dei nisi minus probabilis opinio, sicuti esse
potest, inferenda sententia juxta minus probabili-
tem secundum verò, quia si Repub. exigit à Judici
secundum magis probabilem in causis
temporalium, potiori iure Deus à nobis exi-
gitur, ne salutis probabilitatem sequatur; sed hoc
est facilius esse, quia gratis adstrutur; quia
salutis usū minus probabilis nullum est salutis,
ut peccati periculum; nec illi Scriptura textus ap-
pelatur, in quo Deus jubeat, ut probabiliorum
sequitur: terram denique, quia quotiescumque
sequitur in praxi minus probabilem, habet
intentionem personæ hominis, contra Deum & le-
gum, sed cum opinio minus probabilis, nimurum
ac certò non sit contra Deum, nec contra le-
gum, ut si peditum, ridiculum dictu est, in hoc
intentione acceptiōem personæ hominis contra
Deum & legem; miror autem, non quidem quod
illustissimus hæc dicat, utpote qui Dialecticus &
Scholasticus dissertationibus assuefactus non sit, nec
consequitur regulæ eidem satis familiares
intentionem, à quopiam Theologastro hæc ea-
mēt, quod sequitur. Quid si autem iura utrimque
probabilis, an Judex alteram pro arbitrio sequi-
potest?

4. ANTIM. Jam mentem meam super hoc alias
quæstiones, enim in capitibus Reum nunquam dam-

nare licet, nisi vel confessum, ut vocant, vel con-
victum, nec certa pena pro incerto & dubio delicto
imponi potest. 2. in civilibus, stante jure utrumque
æque probabili, possessioni favendum est, juxta
communem regulam. 3. præscindendo à possessione,
& stante jure æquè probabili, certum est Remp.
posse ita de re illa disponere, ut vel utrique partiæ
quæ dividat, vel alteri tantum adjudiceret. 4. certum
est Remp. hanc facultatem Judici concedere posse,
utrum vero concesserit, tenent multi probabiliter, ut
Sot. Valent. Manuél Ledesma. Valsq. Sanchez, Azor,
Layman. Malder. Villalob. Filluciis. Tanner. Becan
quos citat Delugo, num. 114. & sequitur, num. 115.
contra Bannez & Granado; quod autem in Judex rem
dividere possit equaliter, nemo negat, nisi forte De-
lugo, num. 118. ubi ait, certius fore periculum in di-
visione, qua posita, certum est verum Dominum pri-
varire sua, quo ad dimidiam partem; sed hoc facile
solvi potest, quia jus ita disponendi, quo ad incerta,
est penes Remp. ac proinde penes Judicem; nullam
igitur injuriam partibus facit, quod ad me spectat,
hortarer partes ad divisionem & concordiam, & tu-
tius putarem, etiam illi dissentientibus, divisionem
statui. Sed pergamus ad alia.

41. PITHANOPH. Num. 303. ducit 31. fundamen-
tum ex 3. absurdo, quod est de administratione Sa-
cramentorum, sequendo opinionem minus proba-
bilem, vel adhibendo materiam, aut formam minus
probabilem; nostri omnes docent, si suppetat mate-
ria, aut forma certa, probabilem adhiberi non posse,
aut si probabilem suppetat, minus probabilem ponit
non posse; & præter citatos supra, addit ibidem P.
Dechamps, Oviedo, Ariagam, Măsărenhas; addi-
possent multi alii, atque adeo recentiores omnes;
quare mirari satis non possum, quoniam pacto. Illu-
stissimus adeo vehementer in duos præstantissimos
& in hoc genere nulli secundos auctores vestri Ordini
Gabrielem Valsquez, & Thomam Sanchez
investitus fuerit, quasi ipsi docuerint absurdum non
esse, adhibere materiam, aut formam minus proba-
bilem in confectione Sacramenti; quod tamen ab-
solutè non asserunt, sed tantum quatenus hoc non
esse contra communem Ecclesiæ usum, & charita-
tem proximo debitam ex officio Ministri talis Sacra-
menti; nec enim putant rationem ab irreverentia pe-
titam evidenter concludere, cum etiam militet in
qualibet alia re sacra, atque adeo in ipso divino præ-
cepto: atqui nemo negat, quin is sit communis Ec-
clesiæ usus, ut minus probabilis materia non adhibe-
tur, dum probabilior supponit, nec etiam probabi-
lior, dum suppetat certa; nemo etiam negat, quin
praxis opposita opponatur charitati erga proximum
in gravissima & læpe necessaria ad salutem; unde
Sanchez, lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 34. absolute di-
cit, peccare Ministru contra charitatem, qui se-
quitur in hoc opinionem minus tutam; idque po-
teriori iure, si faciat contra communem Ecclesiæ us-
um, qui quo ad hoc strictissimæ legis vim habet:
idem prorsus Valsq. 1. 2. quest. 19. art. 6. disp. 6. cap. 3.
num. 10. & seq. Quid ergo peccarunt duo illi præ-
stantissimi auctores, qui docent, peccare hunc Mi-
nistrum, cum reliquis omnibus Societatis vestrae
Doctoribus, idque ex duplice gravissimo capite, cum
tamen vel una ratio ad probandam illam sententiam
sufficeret; existimarent quidem, cum multis aliis,
rationem illam ab irreverentia petitam, non satis
evidenter concludere, debuisset, quo ad hoc, illos
impugnare & convincere Illustissimus, sed nihil
minus; distinguunt ab se duas quæstiones, prima est,

an

an licet; secunda, an fiat; sed non advertit Illustrissimus, unam tantum quo ad hanc controvèrsum, questionem proponi; nec enim queritur, an fiat Sacramentum, quia cum statuatur materia probabiliter tantum, statuitur etiam quod certò non fiat, sed tantum probabiliter; unde illud non queritur, an fiat, sed an licet, cum dicto pericolo, Sacramentum ministrari queat; nec aliud querit Suarez, cuius sensum Illustrissimo pessime suggesterunt; in hoc autem omnes vestri conveniunt, quod Sacramentum ita ministrari non debeat, nec absurdum illud admittunt, cuius hoc loco meminit Illustrissimus.

42. ANT. Imò ex hoc capite Illustrissimus solidè impugnari potest, argumento, ut vocant, ad hominem; si enim opinio probabilior certa est moraliter, in qualibet materia, etiam Sacramentorum, haec doctrinalis locum haberet; igitur quisque adhibet materiam probabiliter, certam adhibere censetur, tamquam igitur; igitur ad tuorem, aut certiorum non tenetur, cum tamen certum sit, probabiliorum adhiberi non posse, dum suppetit certa. Sed eadem regula nostra, de qua supra, hic locum habet; non est enim opinio verè ac certo probabilis, quod materia minus probabilis adhiberi queat, dum suppetit probabilior, nec probabilior, cum certa suppetit; quod autem Suarez quem Illustrissimus citat contra duos predictos, nimirum tom. 4. in 3. part. diff. 26. scđt. 6. num. 5. dicat quidem, in re Sacramentorum, certam viam probabilem, & probabiliorum minus probabilis esse præferendam, quod duo illi fatentur ultra ac disertè docent; non tamen ut fingit Illustrissimus nos ad id teneri ex reverentia, quæ debetur Sacramento, de quo ne verbū quidem ibidem Suarez habet; unde patet, quia fide contra Valsq. citatus fuerit; sed promore, nunquam fere fideleriter auctores in hoc opusculo allegantur.

43. PITHANOPH. Sed quādo te, quid de attritione, si est tantum materia probabilis Sacramenti penitentiae; nempe ut audio prodiit decretum sacrae Congregationis & sub Alexandro VII. missum in Belgium, quo utraque sententia probabilis declaratur, quamquam nostra illa communior, qua feliciter attritionem cum Sacramento satis esse, adiutatur; si communior, igitur & probabilior, cum certè firmioribus rationibus pars adverba non probetur.

44. ANT. Ex hoc decreto primum facile contra Illustrissimum ejusque sequaces evincere, opinionem probabiliorum certam non esse, quia feliciter nostra de attritione sententia probabilior est, ut nemo negat; quamvis alioquin certa non sit, quia si certa esset, pars opposita improbabili censetur, ut constat ex regula oppositionis alibi stabilita; sed probabilis censenda est ex dicto decreto; igitur inde rectè concluditur contra Illustrissimum, partem probabiliorum ideo certam non esse, quodjam supra ex communibus principiis demonstravimus; sed ad rem venio, & constantissime affero, Attritionem, materiam probabilis Sacramenti nunquam à nobis dictam fuisse; nempe certam esse, dicimus, idque non probabiliter modo, sed probabilius dicimus: qui quis igitur certam materiam esse credit, absque ulla dubitatione illam adhibere potest; alia enim questione est, utrum materia illa, quam probabiliter tantum esse constat, adhiberi possit; hanc autem non probabilem, sed omnino certam esse reputamus: & si quis forte probabilem dumtaxat reputet, is profectò ad contritionem perfectam tenetur, quia non est opinio verè ac certo probabilis, quod materia

probabilis Sacramenti adhiberi possit, dum certa suppetit; cum tamen sit opinio verè ac certo probabilis, quod illa materia, quæ certa reputatur, adhiberi queat. Deinde ex hoc eodem decreto, idem probatur, quia per illud declaratur utraque sententia probabilis quidem, sed quo ad ipsum; cum enim ad fedandas dissensiones ortas in Belgio super hanc questione, editum fuerit, nulla porro inter partes dissensio fuit, utrum sententia nostra speculatori esset probabilis, cum reverè sit communior & probabilior, sed tantum quo ad ipsum; utramque igitur S. Congregatio probabilem, quo ad ipsum esse declaravit, reliqua partibus libertate, opinione sua utendi; hanc autem sanctæ Congregationis mentem fuisse, mihi saepè significavit Eminentissimus Cardinalis Albius, voluitque ut in Belgium rotundè scriberem, ut reverè deinde scripsi. Præterea nemo negat, aliquam opinionem probabilem, etiam in re Sacramentorum locum habere, si talis sit Ecclesiæ usus, qui communis ubique usus invaluit in Ecclesia, ut attritio adhibeatur in Sacramento, & non minus vel attriti, quam contriti absolvantur: accedit, quod est opinio probabilior, cuius usum illicitum dicitur, gravissimum esset; maxime, si alia materia certa, contrito scilicet perfecta, difficilè haberi possit, præsertim ab insigni peccatore; quidquid dicat, centior quidam, reliquis omnibus refragantibus, quibus in hoc major fides habenda est: sed hic omittedo, quia illius argumenta seu verius paralogismos accuratè diluvam in appendice ad Dialogos de contradictione.

45. PITHANOPH. Mihi super hoc abunde factum fatis; transeo ad 32. fundamentum petitus, n. 304. & 305. ex 4. absurdo, quod reverè esset, si Confessarius stare deberet iudicio penitentis, quantum probabilis, v.g. Penitentem tenet probabiliter, talem negotiationem esse licitam, quam Confessarius illuc citam putat, ac proinde penitentem reculat absolvere, nisi eam dimittat; & quia omnes fere tum antiquiores, tum recentiores dicunt, Confessarium adstringi in hoc casu ad absolvendum penitentem, modo alioquin strictè dispositus, aut saltuum posse absolvere; nullum inventio alicuius nota Theologum, qui hanc sententiam non defendat, longam auctorum seriem vide apud Sanch. lib. 1. in Dedic. cap. 9. num. 28. item apud Lugo, qui rem istam accurate disculpsit de Sacramento Penit. diff. 12. §. 2. per rotum; supponunt tamen, opinionem penitentis esse verè probabilem, licet Confessarius eum falsam reputet, & oppositam sequatur; si enim certum esset, errare penitentem, deberet à Confessario dedoceri; & si recularet, dimitti, nisi in his casibus, in quibus maius scandalum certò timetur, & penitentis est in bona fide; deinde penitentis supponunt vel doctus, aut saltum controversiarum illius penitus, ut de illa probè institutus; & verò penitentis jus habet utendi opinione verè ac certo probabilis, quod certè à Confessario privari non debet; quia enim auctoritate nulla profluit, cum facultas judicandi in hac non cadat: Confessarius potest penitentem interrogare, ut certior fiat peccatorum admissorum, tam secundum numerum, quam secundum speciem; ac deinde ubi de reliquo eum ritè dispositum vide, imposita penitentia salutari, eundem absolvere; at quod possit doctum & contrarie doctrinæ penitentem in suas partes trahere, & nisi accedat, dimittere, injustum, impium, imò & ridiculum est: Scotia accedit ad Thomistam, hic illum absolvere reculat, nisi universam Scoti doctrinam ejus; Catholicus ad

ad Nostrem, hic negat absolutionem, nisi ille
omnes Theologorum moralium & Catholicorum,
honesti devoeat; aut si jam subscriptis formula-
tibus absolutionem revocet; aut si dubitat de Ma-
gnum & Averum usus, praescriptam summam de-
ponit, sed in manibus Confessarii, prius scilicet usi-
bus utinam; pios nunc vocat quos universi lati-
tum: quid queso absurdius & iniquius excogita-
tur? nec admittenda est distinctio proprii &
delegati Confessarii, quam pauci aliquot absque
ulla ratione commenti sunt: nam perinde est;
qua confessione facta, penitentiem recte disposito ab-
soluisse iuste debet, tum a proprio, tum a delega-
to; nec est, quod dicat Illustrissimus Confessarius
opere non posse contra propriam conscientiam;
nam opinio penitentis verè probabilis est, & ta-
lius & doctissimi viri reputatur, Confessarius vel
ex hoc iudicare potest, se non peccare, si ea u-
tetur, si autem illam, per errorem, improbabilem
confessarius putet, quid faceres in hoc casu Pitha-
negile.

46. PITHANOP. Mihi sane esse videtur casus per-
plexus, uocant, conscientia; nam inde judicare
potest, immo judicat, Penitentem jure suo, uti
posse opinionem illa, quam Doctissimi homines
probabilem reputant, ac proinde esse absolvendu-
m; aliunde vero judicat, se uti non posse, idque
praeferat in favo illo ministerio, opinione certò
tali & improbabili; en tibi perplexam conscientia; illud ergo facere debet, quod minus malum
judicat, iuxta communem regulam, de qua supra;
minorant malum est absolviri penitentem, quam
non absolviri, ut perspicuum est; si ramen verè esset
improbabilis, penitens deducendus esset iuxta re-
gulae scripta traditam; & si per voluntariam contum-
acum dedocerinetur, omnino dimittendus, quia
vel hoc confitaret, ritè dispositum non esse: de-
finitur Illustrissimus sententiam illam, quam
minister certam repuso, ut absurdum & iniquum
naturae; definit Divum Thomam, & Divum Bo-
naventuram, & eorum in hanc rem citare, qui ne-
veniunt quidem de hac questione habent locis cita-
ti, deinceps ferente, confessari contra conscientia-
m propriam agere; quia is contra conscientiam agit, qui opinione probabili uitetur; definit
penitentiam & exclamare, quod Judex judicium
religio cogatur in fisco anima; quia revera forum
penitentiarum Judicidare non potest, ut poni-
temus iniquum, & non nisi per summam induc-
centem a confessario privetur. Optandum reve-
latis, ut nullus de hoc Sacramento scriberet, nisi
multa aliquum doctrina instructus, per multis
annis, ut dixisse te memini in primo nostro con-
cordia, hoc Sancto Ministerio functus fuisset, & au-
diens confessionibus in Vaticana Basilica diu ope-
ratus navasset.

47. AVTUM. Trigesimum tertium fundamen-
tum dicti ex quinto absurdo quod est de bello; nam
adversus inquit, probabilitatum contendunt, licere,
irreverberare, si utrumque sint opiniones proba-
biles, quod Bellum sit justum; unum autem Vaf-
quem exceptum num. 307, quasi reliqui omnes ex-
positi idem sentirent, cum Joanne Sancio, qui
Bellum non est, & cuius opinione, cum liber il-
luminatus fuerit, magni revera non facinus;
etiam vel cum Vafq. & Molin. quibus adhæ-
sissent Sanchez dicto cap. 9. num. 36, docent
vel haec, vel illa; sed necessariò etiam sequent
verum; cum altera necessariò vera sit; nunquam

R

tamen

tamen judicat secundum unam nisi reputet illam veram probabilitatem; itemque secundum alteram successivam, nec aliter ab eo qui rem intelligat, definiti potest; si enim sunt etiam probabiles A & B, immo, ut se semper accidit in iudicis, & iuribus aequalibus, etiam tunc; Iudeus hodie sequitur A, poterat tamen, eodem jure, sequi B, in iudicando; crastina die potest etiam sequi A & B, quid ni ergo sequatur B, neque ullum venenum inest, si sequatur opinionem vere ac certe probabilem, licet aliquis falsus sit, ut & probabilior falsa esse potest; nec sequitur ut falsam, sed ut probabilitatem veram; quod autem dicit, probabilitatem illius non habere fundamentum in re, sed tantum in te-nebris intellectus, falsum est illius commentum; qui probabilis opinio naturam minime intelligit; aliud enim esse revera & videri probabile, ut cum Philosopho alias diximus; falsum est etiam doctrinam novam esse, qua docet, sequi fallum; quia haec doctrina docet, sequi verum probabile, licet fallum esse possit; unde nunquam licet sequi fallum cognitum, tamen verum probabile, quod fallum esse queat; neque haec doctrina nova est, sed ipsi mundo coeva, cum ressecus esse non possit; quod autem dicit, ex Deo non esse, sed ex Diabolo, qui est Pater mendacii; pace illius dixerim; nempe quisquis negat cum Adversariis, non eximi culpam, qui sequitur opinionem vere ac certe probabilem, si forte falsa sit luculenterrat, cum homines ad necessitatem peccandi inducat; quod damnatum est in 3. propos. sed omnis error in fide, ex Diabolo est.

49. ANTIM. Ad 35. fundamentum accedit a num. 314. ad 319. ductum ex 7. absurdo, quod scilicet haec doctrina sine scandalo ad proxim reduci non possit, verbi gratia, fas erit marito, modo adhaerere uxori, modo illam dimittere; vel unum ex nostris citare debuerat; Thomas Sanchez, quem omnes alii in hoc sequuntur, lib. 2. de matrimonio questiones ferent omnes, quae ad probabile, vel dubium matrimonium pertinent a disp. 41. ad finem, usque libri matrum, solidae ac eruditae, suo more, discutit; sed nihil tale definit; immo disp. 45. num. 13. disertè assert, juxta Manulem, ut absque Judicis auctoritate, priori matrimonio sproposito, ad secundas nuptias non convoleretur, in eo etiam casu, in quo conjugum alter facti consensus certus sit; item disputat. 44. num. 2. si alter conjugum probabiliter teneat, matrimonium esse invalidum, eum non posse petere docet, licet reddere debeat, nisi alter idem probabiliter teneat; si tamen etiam probabiliter iudicet, validum esse matrimonium, potest petere ac reddere, ut docet num. 4. non tamen docet, propria alterius auctoritate, matrimonium dissolvi posse, vel eum ad alias nuptias convolare; idem tenet omnes alii ex nostris; cur enim nobis imponit; quasi vero ea, quae docet Sanchez, non sint consenteantur, inquisitione, de sentent. excommun. nimisrum alterum conjugem, qui certus est impedimentum, non posse petere, nec reddere; qui vero id tantum credit ratione neprobabiliter fatus, posse reddere, non petere; c. vero litteras de restitu. spol. tres opiniones approbat, quas forte Illustrissimus in nostris reprehenderet Theologis, si eas circa juris auctoritatem docuisserint; ut & ea, quae habent iura de triennali cohabitacione frigidorum & maleficiatorum. Quod de Advocato opponit jam supra solutum est; in hoc Canonicis potius timendum, quam Theologis; ul-

cus ultra non premo; certum est, Advocatum simul utriusque partis causam defendere non posse; at in causa tumili & statibus iuribus aequalibus, non video, cur, modo unam, modo aliam partem tuu non posse, modo scilicet scandalum ablit: de Judice jam supra dictum est; excepto scilicet scandalum, unde nihil timendum, cum ad proxim reduci posse negemas, si scandalum adsit. Quod denique subiectum de bello, supra dilatum est; negant enim nostri omnes, bellum a Rege inferri posse, nisi vel quis certum ad rem illam quam bello repetit, habeat, aut saltum probabilis; non postulant autem consiliani licet belum illud consulere, quod ipse illicet iustum suscipere: ubi sunt igitur sexentia illa, qua et Illustrissimus ait, nemo sani capituli incibatur, absurdus esse & scandalosus? nullum sane hujusmodi est, in usu opinionis vere ac certe probabilis, ut constat ex dictis; quin absurdum & scandalosum est, duos aut tres auctores, nullius huc ulque nominis, per meram factiōnem, vel illusionem corrisse audacie, ut doctissimos alios & pīssimos, sive que ferent innumerous, quorum nomina in scholis, pīptis, templis & librariis celebrantur, impunitate, usum præsentis Ecclesiæ notare, communem sententiam, quam tot Pontifices, Cardines, Episcopi, & gravissimi Doctores tradiderunt con gere, ac proinde totam ferent Ecclesiam perturbarent dubitent; nisi haec scandalosaria sint, quid procul scandalosum sit, non video; cum præsertim illorum aliqui saeculissimo Pontifici Alexandro VII. & S. Congregationi suam illam sententiam affingere non reantur; sed fallum esse, contendeo; nullum enim decretum editum fuit, in quo haec propositione damnata fuerit, licet sequi opinionem vere ac certe, minime haec probabilem.

50. PITHANOP. num. 319. petit trigeminum sextum fundamentum ex octavo absurdo, quod dicit haec doctrina ledat in dies libertatem & immunitatem Ecclesiasticam; quia Theologi zelatores ecclesiasticalis jurisdictionis, prurientes auctibus, querentes quae sua sunt, non quae Jesu Christi, & patrum curantes, quid S. Scriptura, Sancti Canones & probata Concilia ea de re statuant, ea suggerunt Principibus secularibus consilia, freti scilicet aliqua opinione probabili, quæ nunquam deest, quæ libertati & immunitati Ecclesia penitus adveniunt; unde concludit, haec doctrina probabilem a Deo non esse; vel unum ex Theologis vestris appellare debuerat, ad faciendam accusationis sue fidem; notorium est, quot & quantum ubique ferent gentium vestri persecutiones passi fuerint, vel hoc dumtaxat nomine, quod ad dignitatem & libertatem Ecclesiæ tuendam propensiores esse credantur; ab exemplis abstineo; Quid Suarez, quid Bellarminus, quid alii, pro hac causa in suis libris passi fuerint, satis perspectum est; sed cum neminem appelleret, neminem defendo secundum, dico tamen, nihil scriptum fuisse in hoc genere a vestris Theologis, quod dignitatem & auctoritatem Ecclesiæ infirmaret, aut ledat; non quidem ut nonnulli ex Canonistis, qui per intollerabilem adulacionem, Papam Deum esse in terris dicierunt, eumque omnia posse, etiam mutare quadrata rotundis; immo Illustrissimus omnem creaturam illi esse subjectam, ac præfertim infideles, eosque præceptis canonicis & Ecclesiasticis adstrictos esse disertè docuit; nescio utrum Angelos excipiat, qui tamen in hoc subjecto universaliter.

rationum momenta, quæ nunquam à nobis talia reputantur, nisi pars opposita rationes præsūs ponderata fuerint, & certò compertum, opinionem illam non repugnare communi Doctorum sensui, vel decreto Ecclesie, & nullo impetu argumento, quod probabiliter solvi non possit; quantum hæc studiū d' hægientia postulent, quantum prudentia, peritie & literatūre, imperiti dumtaxat ignorare possunt, & vix erit inter prudentes, qui fidem habeat Illustrissimo dum dicet, paucos hoc seculo profundæ scientiæ homines inveniri; ex ipso libenter querentem an Eminentissimi Cardinales Toleatus, Bironius, Bellarminus, Lugo, Palavicinus, Perronus, Richelius, hoc etiam sæculo non viixerint? præter alios multos, qui hodiernum vivunt & florent, quos tamen doctissimos esse, nemo, vel mediocriter doctus negat; immò ipsèmet Illustrissimus est hujus sæculi auctor, quo tamen nullum SS. canonum & juris Pontifici peritiorum unquam exitisse, Vincentius Baro jurare non dubitat, ut supra diximus; sed ferè pudet, hac refutare.

51. AVIN. Nonnulla ex iis, quæ attulisti omitte-rebueris, ne fone quispiam opponat, te rectimina-tionem nullam.

52. PITHANOPH. Hæc pauca delibavi, retorquens argumentum in Adversarios si opus esset, & res posuisse, longè plura manibus plenis profundere possem.

53. ASTIM. Satis est; pergamus: dictum funditum ex avaro absurdio deducit, quia, inquit, hec Ædæma reddit homines ignavos, eosque ab omnius contemplatione veritatis abducit; ubi comprensibiliter, ex parte opiniones probabiles de aliquo controvicta, & liberum sibi esse, eam sequi, quam saluerit, quod nunquam fere desideratur; utique mones etiam Mercurius, libri, qui tractant cosmopolitaria, & tota scientia moralis, contemplationis, hinc sit, ut hoc sæculo, pauci profundi-ance inveniantur; non miror, hæc dici ab Illustrissimo qui videron potuit, quanta vis liberto-mis sæculo edita in lucem fuerit; sed à Mercurio, quibus lustrare potuit, aut salutem libitorum titulos recognoscere, mihi sanè mi-rem scilicet; sed an forte ignari fuerunt, nullius illius, ac litteraturæ, Suarez, Vasquez, Valen-tius, Neophyl. Raymond. Molina, Petavius, Lessius, Suarez, Gibalibus, Henriquez, Reginaldez, Fil-ius Castro-Pala, Bellarminus, Toletus, Lugo, Placencius, Martimon, Fagundez, Rebellus, Sa-nta Meratius, Annaus, Salmonet, Cornelius à Lyde, Maldonatus, Menochius, Justinianus, Loma-nus, Timinus, Sancius, Pineda, Mendoza, Becanrus, Comac, Radetus, Bollandus, Pontanus, Cerdas, Salazar, Hurtado, Oniedo, Ariaga, Dicastillus, Iffimus, De Rhodes, aliqui, quorum medium numerum Algarbe in sua Bibliotheca, vix recentior, nemo certe, nisi rerum imperitus, vel ini-quius index. Doctissimos illös homines pro igna-vitate literatis habuerunt est. In hunc sensum, sed audire Novatores & Vincentius Baro, isidem aliis-pseudobetis auctoribus ignorantiam, aut salu-tis medicam scientia Laudem exprobabarunt; filii omnium recta judicia judicante, ut ut sit, pessimè, concurvant Adversarii, quasi probabilitas opinio-nis facile statu possit, & a nobis admittatur, quod incepto cypriam scriptori per impruden-tiam & errant rotō cœlo, ad statuendam etiam probabilitatem, volumus gravia-

tionem sancti Mauri componunt, præter alias duas Lotharingiæ scilicet & Burgundiæ, integra congregatio Fullenham, ut vocant, alia item Cisterciensium, quantum splendorem Ordini monastico concilient, omnes mirari & prædicare non cessant; Canonici Regulares in hac reformationis laude suas partes desiderati non patiuntur, quoniam enim & quantæ Abbatis sub uno eodemque Generali Abbatie primærum religiosæ observantia vigorem & florem reperunt; quod ad Mendicantes spectat, sacer Predicatorum quantus, quantus est Ordo, nunquam ut puto, reformatione indiguit; absit ut hoc dicam, non defunt tamen in Gallia multi conventus stricioris disciplinæ, hoc ultimo sæculo feliciter inductæ; in Ordine Seraphico multæ ubique passim reformatio-nes instituta fuerunt, Recollectorum, Pœnitentium, seu Tertiæ Ordinis, & multorum aliorum, Carmelitarum Ordo præter reformationem singularem Provin-cia Turonæ & Longobardia, integrum, eumque ut vastissimum, ita florissantissimum Discalceatorum, ut vocant, in rarum reformationis exemplum orbi Christiano peperit. Eremitæ Augustiniiani, suo quoque munere probè defuncti sunt in hoc reformatio-nis negotio; nam præter Provinciam S. Guillel. seu Congregationem Bituricensi, alias etiam duas Discalceato-rum Congregations, alteram in Gallia, alteram in Italia, non sine incredibili propagatione fa-ciliter tulit; omitti Camaldulenses, Trinitarios, vel eos, quos redemptio Captivorum vocant, itemque Hospitalarios S. Antonii Viennensis, & multos alios, in quibus rara reformatio-nis exempla videmus: addi novos aliquot Ordines pie institutos, qui primum instituti sui vigorem huc usque retinuerunt. De Monialibus nihil est, quod dicam, cum res ipsa per se loquatur; nam præter novos aliquot Ordines Monialium sancte institutos post Concilium Tri-dentinum, quantum antiqui hoc sæculo restitutari fuerint, & ad meliorem formam reducti, nemo non videt, & res notoria est; deplorat tamen Illusterrimus hujus sæculi turpitudinem, & laxiorem religiosæ vita rationem; & de Regularibus, ut de perditis & sceleratis hominibus scribit & loquitur; multa legi super hoc, in tua decade, quæ facile opponi, seu reponi possent; sed porro, unum tantum indicio, quod queris, utrum sit opinio verè probabilis, ut priva-tus quispiam turbet libertatem electionum, officia & dignitates Ordinis, nonnullorum ambitioni, per Brevia conferti procerut, subditos discolors supe-riorum obediencia subducatur, eosque persequatur acerri-mè, qui non ita prompti absolutis hujusmodi imperiis obsequuntur; hæc & alia fuisse ibi-dem.

55. **ANTIM.** Omitte quæso; cuæcta hæc virtio tan-tum vero iis Regularibus, qui, ut suæ ambitioni, a-lisque cupiditatibus serviant, hujusmodi patrocinii utuntrur, iisque artibus, quas dicere non vacat, cum satis pateant; hoc saltem summa pœna loco, iis esse putarim; quamquam vix eam sentire videntur, quod noti sint; res enim latere non potest, & eos optimi quique abhorreant, & abominentur; sed ad rem ve-nio, & primo quidem loco, quod ad jejuniū spe-ctat, aliam regulam sequi non possumus, nisi quam praesentis Ecclesiæ usus nobis statut; ab ullo enim publico & approbato, quem scilicet si sequuntur, quorum est, legum Ecclesiasticarum indemnitatì consulere, aliquæ virti probi ac rimentes Deum; ex quo manifeste consequitur, mentem Ecclesiæ non esse, ad alium jejuniū modum adstringere. Lon-gè major fuit, sat scio, Ecclesiasticæ jejuniū rigor:

sed quid tum? ex eodem fonte, ex quo summus i-
rigo profluxerat, mitior deinde indulgentia pro-
fluxit; nimis um ab auctoritate Ecclesiæ; quamquin
varijs etiam fuit antiquis temporibus, quo ad jes-
uī formam & modum, in variis provinciis ulto-
ni etiam hodienum diversus est; nempe in di-
vine Pontificia iis diebus, quibus jejuniū indi-
ctum est, extra Quadragesimam, à lacticiinis &
ovis abstinetur; secus alibi, etiam intra fines Italiae
diversus in Germania usus est ab eo, quem pauci
severiores in Gallia observamus, huic autem usu
standum esse, nemo prudens negaverit; quid pon-
as nostris in hac parte relaxatum fuerit, revera no-
video; unus Fagundez, ceteris omnibus refugia-
tibus, sustinuit, lacticiinorum usum nulla lege
canonibus, sed ex sola consuetudine petita, vetrum
esse; sed nihil hæc ad relaxationem jejuniū; ceteri
nescio, an Canonistæ austriores sint in hoc genere
quam Theologi; cœnulum serotonam frustulo pan-
trum unciarum & paucis nucibus vel amygdalis, qua-
vix unciam adæquant, ab solvimus; necio an iis, quæ
nobis relaxatas jejuniorum leges exprobaret non con-
fiant, tam paucis contenti futuri sint; lepida histona-
la, quæ huc appositæ quadrat, mihi venit in mem-
orem. Eminent. Cardinalis de Lugo, ipso die quo
solemni ritu Pontifex, initio Quadragesimæ, facit
Cineres Cardinalium cervicibus aspergit, patiu-mi-
turius in capellam, ut vocant, Palati Quirinali sibi
eum finem contulerat sele, & dum simul cum aliis
Eminent. Patribus, donec accederet Pontifex, col-
loqueretur, unus ex iis, ejusdem cum eo nativo,
cujus tamen nomini parco, de Theologis nolit
graviter expostulare caput, eò quod suis opinio-
bus, sacras jejuniorum leges adeo relaxant, & rela-xarent indies; Eminent. de Lugo, ut comis & li-
cetus erat, in hunc modum doctissimum aggredi-
rem, quem summum Canonistam esse, ferbant, re-
futandum esse, duxit; videamus, uter nostrum, si
etius jejuniū servet, inde quippe opinor, confabili,
quinam in hac parte latoxores sint, nimisum The-
ologi, an Canonistæ; tum cœpit breviter ea recente-
re, quæ sibi in cœnula, per jejuniū apponeban-
tur, quæ vix quinque aridioris cibī uncias aqui-
bant; hic subrisit & tantulum erubuit adverberat, & subrisere omnes, qui lecebant, illum prandere
cœnare longe liberalius.

56. **PITHANOPH.** Apodosis facilis est; quæ il-
lam omitto, ut repellam calumniam, quam vultus
affingit num. 325. Coninch scilicet, Layman &
Henriquez, quasi absolute doceant, impleri pre-
ceptum audiendi Missam, & recitandi horas Cano-
nicas, absque ulla interna devotione, & cum di-
stractione voluntaria; ab hoc ultimo incipio, qui
lib. 9. cap. 25. num. 5. lit. O. disserit docet, ab eo
non impleri præceptum, qui sponte distrahit, au-
dio vana, vel aspicio[n]do feminas, agi li-
dos, vel scribens, aut pingens aut excludens ome-
num attentionem, etiam eam, quæ est ad sola
verba: hæc eadem recensentur in cap. dolenti de
celebrat. Miss. raro tamen inquit, beneficiarius co-
gendus est restituere fructus, ex eo, quod sine at-
tentione recitat; quia, inquit, in gloss. litera P.,
graves auctores negant, sola mentis evagatione
frangi humanum præceptum Ecclesiæ, quæ in diff.
cap. dolentes, tantum jubet, ut externa corporis
modestia & religione ore attente; Clement., &
de celebrat. Miss. citaturque in hanc rem Cajetanum,
Sylvestr. Medinam, Angelum, Pisanum, Roselli-
Tabien, Astens. Antonin. Gabrielem, Durand. Palle-

ita prorsus qui canit, aut recitat horas cononicas; nullus autem, opinor, ad hujusmodi actus reflexos illum obliget, quaenam lege, quo jure nec obstat alio enim Phantasiam defletere, quod revera si sponte fiat, non negarim, peccatum esse, quod tamen non facit, modo eadem attentione, vel idem actus internus perseveret, quo dicta recitatio imperatur, dirigitur, componitur, eaque omnia ad sint, quae ad devotionem, attentionem, religionem externam ab Ecclesia desiderantur: Unde si distractio sit talis, ut & exterior illa decora obsecetur, vel actionem illam interiorum, ex qua sequitur exterior recitationis motus, interturberet, nemo neget, quin novam recitandi horas obligationem inducat; si tamen talis non sit, ut neutrum impedit, nemo dicat, opinionem illam esse probabilem, qua per hunc recitandi modum, huc pracepto satisficeri adstruitur; ut ut sit, auctores nostri melioris notae Suar. Vasquez, Sanchez, Lessius, Valent. Salas, Sà, citati à Leandro. dict. tract. 6. disp. 13. q. 13. oppositam sententiam tenent.

58. PITHANOPH. Excandescit demum & inventitur in Theologos, qui docent, non posse confessarium uti erga paenitentem invitum opinione minus probabile, quando haec strictior est; id est, quando imponit aliquam obligationem, puta restituendi, fecis vero, quando non imponit; immo quod haec tenus, inquit, auditum non fuit, teneri confessarium interroganti paenitenti declarare, quad sit opinio, verè quidem, licet minus probabilis, & minus tuta materialiter; ac denique tutum esse illum, qui variis consulti, ut sciat, an hoc, vel illud probabile sit: & haec à num. 327 ad num. 330. Illustriss. prosequitur, ubi concludit, in Theologo hujus temporis illud Paulite quæ quadrare 2. ad Timoth. 4. Erat enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, &c. sed haec frustra & in casum quod enim confessarius obligationem restituendi licet imponere non possit paenitenti, quando est minus probabile debitum, non jam opinio probabilior est, sed omnino certa sententia; unde mirari ceteri Illustriss. quod Theologoi doceant, confessarium contra certam sententiam ire non posse; certum est etiam, stante utraque parte, quæ probabile, quo enim iure, me cogere ad solvendum confessarius; si quæ probabile sit, menon debere, alioquin jure creditor restituere tenetur acceptam pecuniam; addo ego, si non certum, saltem longe probabilius esse, non posse confessarium cogere paenitentem ad restituendum, quamdiu verè ac certò probabile est, licet minus probabile, illum non debere; quia nullus re quam possidet & probabilitate, seu prudenter existimat, suam esse, citra paenam spoliandus est; nec enim ut tua regula utar, certam solutionem incerta obligatio postulat. Accedit, quod fieri potest, ut non debeat, quandoquidem verè probabile est, non debere; denus, quod re ipsa non debeat, iniuste igitur Confessarius paenitentem spoliat re sua; sed denus, quod revera debeat, non propter Confessarius, licet non imponat obligationem restituendi, iniuste agit in creditorem; nec enim re sua illum spoliat, quia illam creditor non possidet, nec etiam suo iure, quod integrum intactumque relinquit, ut eo fretus, in judicio, contra debitorem agere valeat; nullam igitur iniustitiam in eum admittit; unde manifesta disparitas patet: quod autem ponitens iure suo opinione verè ac certo probabilitate possit, nec eum Confessarius impedire jure queat; & quod idem etiam bona fide varios Doctores, consulere valeat, pro veritate, jam

R 3 suprà

suprà statutum est, in d & demonstratum, vel certum omnino, vel saltem probabilis esse.

59. ANTRIM. Cuncta hæc, uti & ea, quæ sequuntur, Illustrissimo ab illis nostris, per emissarios suos, quos habent in urbe, suggesta fuisse, mihi facile persuadéo; nec est, quod mireris, illos adeò sollicitos esse, in procurandis hujusmodi restitutio[n]ibus, opera dumentaxat & manu sua faciendis, sic enim grandes pecuniae summas à Pénitentibus extorquent, aut saltem ab iis, qui eorum cura crediderunt se, quibus tandem usibus, Deus fit, nec multiteriam ignorant: extat etiam recens memoria pretiosi sciri, non auro, sed geminis gravis, que multa centena auri millia facile adæquabant: ceterum dictum locum Pauli, coacervabunt, sibi Magistros prurientes auribus, in hæreticos quadrare, omnes ad unum interpres docent; ego vero in eos præsertim ac singulare nomine quadrare putarem, qui eloquentia, seu potius verbo[s]itatis suæ lenocinio incertos & imperitos homines aurum pruriti labentes, in errorem faciliter inducent: uade Hieron. in Ezechiel. c. 33. v. 32. eos ad nativi oris speciem expressit, quicripta illorum laudare & prædicare non cessant: tales sunt, inquit, hodie multi in Ecclesia, qui auunt, venite audiamus illum & illum, mira eloquentia prædicationis sua verba volventem, adde scriptio[n]em, planaque commovent & vociferant & jactant manus. Idem Chrysost. hom. 38. ad popul. Sed jam ad alia properemus à num. 330. ad num. 335. Fundamentum 39. statuit peritum ex 11. absurdio, nimirum ex effrenata multitudine opinione probabilium; nulla ferè est, inquit, veritas moralis, que ratione aliqua plausibili, seu probabili oppugnari non possit, & nullus est articulus in moralib[us], in quo non sit contrarietas opinionum, nimirum probabilium; unus Diana supra ter mille questiones habet, cum partibus utrumque probabilibus; unde omnis regula mortuorum evertitur; imò ipsa probabilitas non tantum ex rationibus, sed ex auctoritate auctoris p[ro]p[ter]e & docti dicitur, ut Valentia, Sanchez, Sá, Filiu[m] Sanchez, & alii docent; quod tamen de glossarum opinionibus vix dici posset; unde jam sequi liceret omnes opiniones erroneas, quia nulla est, quæ auctoritate aliquius auctoris non nitatur; imò Thom. Sanchez lib. 1. cap. 9. num. 9. confidenter affirmit, magis defensum est & tali Theologo ex Neotericis, quam antiquis, quorum opiniones possunt esse antiquæ; addit, hanc doctrinam probabilitatem maximè indigere dexteræ Dei, & Romani Pontificis provisione: cum etiam modernus auctor, id est Illustrissimus Caramuel, dicere non erubuerit per opinionem probabilem fieri, ut modò peccatum non sit, quod ante peccatum erat; unde illam esse concludit super legem Dei & naturæ; usum denique probabilatum commentum Diaboli vocat ex Merenda, & remittit nos ad Epist. Archiepiscopi Mecliniensis infra referendam, item ad Epist. Fr. Vincentii Baronis, in qua scribit, tædere Alexand. VII. tot novarum opinionum, hoc seculo in Theologiam moralem inducatur, ac proinde à tuta Doctoris Angelici doctrina, ejus præcepto, vel consilio, remedium parandum: hæc summa eorum est, quæ in hoc fundamentum concessit.

60. PITHANOP. Affinxit optimo Patri Thomæ Sanchez suo more, nec enim absolutè & confidenter affirmit, ut ait, magis defensum esse cuilibet neoterico, quam antiquis; sed 1. ut opinio censeatur probabilis oportere, ut communiter reputetur, non continere errorem, 2. fieri posse, ut ex antiquis

aliquis non attenderit legem aliquam, vel dictum, contra illius opinionem stare; quo fiat, ut neoterici dissentiant, & illa opinio probabilis minime censenda sit, nimirum in praxi, secùs tamen, si objectionem à tali decreto, vel lege peritam neoterici facile dissolvant; pro quo, citat Vafq. & Sayn, consent denique, insuper attendendum, ne pars opposita ita in praxi recepta sit, ut recentiores Theologam certam esse pronuncient; hæc ibi Sanchez, & nihil aliud; ex quo certè manifesta patet calunnia. Quod ad Mekelinensem attinet, justam profectio exceptionem patitur; is fuit in Belgio oppositum partium Coriphæus, aut saltem singularis Parvus, à quibus centuriis Ecclesiasticis, vix abstrahi potest, quamquam mandatis Apostolicis, saltem ad speciem, tandem partit; affixam valvis Baſilica Principis Apostolorum schedulam legimus, in qua ejus nomen ea de causa nigro theta notabatur; quo ad hoc igitur, illius auctoritas contra vestros auctores nullius momenti censenda est; suos in hoc etiam impati studuit, qui ut censuram errorum suorum in Theologia scholastica eluderent, dissertationem impetum & vim ad moralem traduxerunt, consilio certe non penitendo; sed finem expectemus; nec enim pessimas hujusmodi hominum artes diuidit Ecclesia tolerabit: De Vincent. Baron. nihil est, quod dicam; cujus & quanta fidei reputandus sit, diligenter illi tot mendaciorum & calumniarum Archetextus per se fatis superque notum est; nunquam autem vestros Alexander appellavit, nimiam quorundam licentiam improbare viuis est quinam portò illi luci. Baro ipse viderit, iisque Patribus, qui ad pedumcula admitti fuerant, auctor fuit, ut doctrinam morum juxta mentem S. Aquinatis Praæceptoris suaderent atque docerent; hoc ipsum vestri omnes fluctigare & clamare non cessant; nempe ut tortes incultatum est, quisquis ex contrariis opinionibus in lumen dubitationem adducitur, nimirum conscientia, non committit se discrimini, nec peccat, ut dicitur S. Thom. quodlib. 8. art. 13. nihil aliud dicimus, aut volumus, sed de hoc jam suprà: Dianam etiam Illustrissimum immerito lugillat; raro hic auctor minus probabilem amplectitur, sed aliquoties dumentaxat; cui ergo improbabilius opinionum plaustra optima sententia severe imponit: nulla ferè summa est, etiam ex antiquis, ut Fumi, & Sylvestri quæ longè plures quæstiones non continent; cur ergo illi probro veritatis, quasi novatori, quod antiquis, non mediocri laudi fuit. Non defuere, qui dixerint, Illustrissimum Caramuel, Episcopum, scilicet Ecclesiæ Principem ab Illustrissimo Prælato inferioris certè ordinis non parum urbanè modò, verum etiam irreverenter & inverecundè, habitum & exceptum fuisse, in respectum tritæ & obvia; quis enim nescit, ex antiquis, aliquos existimasse, per errorem, aliquid fieri non posse, absque lethali noxa, puta sacrum facere ante matutinum recitatum; ac proinde ipsa p[ro]caste illud faciendo, in quo tamen cum nullam mortalem culpam recentiores agnoscant, & si id faciant, nullum peccatum mortale committunt; non erat igitur, quod innocentissimum Reverend. Caramuelis dictum, quasi blasphemum & impium & deo vehementer exagitaret.

61. ANTRIM. Sed quæsto te, hæc levia omitte, ut erotes, quos plena & liberali manu h[ab]it sparsit, colligamus in manipulos; nam primo loco erroneum dicte est, nullam ferè esse veritatem moralem, quæ plausibili, seu probabili aliqua ratione non apparet, cum multæ sint veritates morales certæ, nimirum

autem commentum diaboli usum opinonis probabilis vocat ex Merenda, nihil facimus; quād facile reponere possem, si vellem, sed sunt mera verba vento credita: Merenda auctor damnatus parum nos moveat: postrem tandem concludit, rem istam Dei dextera, & Romani Pontificis provisione indigere; fateor ulti, nec enim diu factionem, seu conspirationem illam contra Theologos, cui Calvinus, Lutherus, Petrus Molinaeus initium dederunt, non modicum alii Novatores incrementum; quibus accessit aliquot Parochorum manipulus, cum Illustrissimo, Merenda & Mercoro; omitto enim Comitolum & Philalethum, quos non ut hostes refellimus, sed ut errantes corrigimus. Omitto etiam Baronem, & duos socios, qui eo dumtaxat fine scriperunt, ut Illustrissimi gratiam captarent, factionem, inquam, illam Ecclesia, ut speramus, diu non tolerabit. Sed hic congressus paulo longius excurrit; in tertium, reliquum operis remittamus.

62. PITHANOPH. Recke mones, praesertim cum ad fundamentum 40. pervenerimus, in quo cum multis opinione falsas, temerarias & scandalosas, ut vocat, veltris auctoribus affingat, ut librorum copia suppetat, ad enucleandam calumniam; & proferenda auctorum verba, in Bibliothecam selectam secedamus, oportet; utinam in eam, quam Romae tuus ille collega, tanta librorum vi intrixit, unde incredibilem sibi laudem comparavit, & gratissimam a posteriori beneficii commendationem.

63. ANTIM. Facile tibi morem geram, te quam prius expecto; interim plurimum vale, mi Pithanophile.

64. PITHANOPH. Tu quoque vale, mi Antime; ne dubites, intra paucos dies adero.

DIALOGUS X.

De Opinione Probabili.

In quo reliqua ejusdem opusculi expenduntur.

1. ANTIM. ENI TIBI amplissimum nostrae dissertationis præludium; congregati enim libri & codices, dum venires, signavi loca & numeros, ut tempore deinde ac tedium lustrandi paginas parceremus. 40. igitur fundamentum, à num. 335. ad num. 337. prosequitur, & multas opiniones, ut fallas, temerarias, & scandalosas nostris auctoribus affingit, quarum haec prima est, ut leges etiam Pontificie obligent, requiritur consensus & acceptatio populi, qui proterea non peccat, etiam si absque illa causa non recipiat legem a Principe promulgatam. Azor. p. 1. lib. 5. cap. 4. quest. 1. Nihil horum Azor, sed tantum hoc, communis est canonici & civilis juris interpretum opinio, legem usū non receptam vi carere; neque hoc dicit à semetipso, sed ut testatur, inquit, Abbas & Felinus, in cap. 1. de reueg. & pace, quibus addit Gratian. Archidiacon. Dominic. Preposit. Turrecremat. Innocent. Hostiens. Joan. Andr. Calderin. Immol. Anton. Butrium, Navarrum; questio facta est, producit testes, multos tamen omisit, qui ante illum scriperant, nimirum Gloss. cap. 1. de reueg. & pace, v. frangere. Covarr. lib. 1. var. cap. 16. à n. 6. Major. in 4. dist. 15. quest. 4. Driedo lib. 1. de libert.

R 4 Christ